taminis vbi continua pugna ⁊ raro victoria
Nec valet vbi dicitur. ꝙ tunc opus diaboli
eſſet fortius opere dei cum actus matrimo-
niales a deo inſtitutos poſſet viciari. quia nõ
viciat per violentiam. imo cum nihil valeat
inficere niſi a deo permiſſus. Ideo magis ꝑ
hoc eius impotentia concluditur. Ad ſe-
cundum. verum eſt ꝙ procreare hominem ē
actus viui corporis. Sed cum dicitur ꝙ de-
mones non poſſunt dare vitam. quia illa flu
it formaliter ab anima. Iterum verum eſt ſed
quia materialiter diſcinditur a ſemine ⁊ de-
mon incubus illud immittere poteſt deo per
mittente per coitum ⁊ non tanqꝫ ab eo deſci-
ſum ſed per ſemen alicuius hominis ad hoc
acceptum vt dicit ſanctus doctor in prima ꝑ
te. q. li. ar. iij. vtpote quod idem demon qui ē
ſuccubus ad virum fiat incubus ad mulierẽ
ſicut etiam aliarum rerum ſemina aſſumunt
ad aliquarum rerum generationẽ. vt Augu-
ſtinus dicit. iij. de trini. Unde ſi queritur cu-
ius filius ſic natus extitit. Patet ꝙ non eſt fi
lius demonis ſed illius hominis cuius ē ſe-
men acceptum. Sed cum inſtatur. quod ni-
hil eſt ſuperfluum in operibus angelorum ſi
cut ⁊ nature. conceditur. Sed cum infertur
ꝙ demon poteſt inuiſibiliter ſemen ⁊ recipe-
re ⁊ infundere. verum eſt. hoc autem potius
operatur viſibiliter vt ſuccubus ⁊ incubus
vt ſic per talem ſpurcitiam inficiat corpus et
animam ⁊ in vtroqꝫ homine mulieris ſcilicet
⁊ viri vt in corpore. q. tactum ē. Preterea plu
ra poſſent demones inuiſibiliter qui tamen
non permittuntur etiam ſi vellent exercere. ꝑ
mittuntur autem viſibiliter vel in exercitiuꝫ
bonorum vel correctionem malorum. Poſ-
ſet deniqꝫ cõtingere quod loco demonis ſuc-
cubi alter ſemen reciperet ab eo. et incubum
loco alterius demonis ſe faceret ⁊ hoc tripli-
ci ex cauſa. Puta quia demon deputatus mu
lieri reciperet ſemen ab altero demone depu-
tato viro. vt ſic vnuſquiſqꝫ circa ſibi a prin-
cipe demoniorum commiſſum habeat male-
ficium exercere cum vnicuiqꝫ proprius de-
putetur angelus etiam a malis vel propter
feditatem actus quã demon vnus facere ab-
horreret. cum vt in ſequenti queſtione pate-
bit certi demones ex nobilitate nature certos
actus ⁊ ſpurcitias facere abhorrerent. vel ꝙ
inuiſibiliter loco viri ſeminis. ſuum ſemẽ id
eſt ꝙ incubus recepit inuiſibiliter ſe interpo
nendo mulieri intromittat. quam interpoſi-
tionem facere non eſt contra eius naturam.
aut virtutem cum etiam in corpore aſſum-
pto inuiſibiliter ⁊ incontrectabiliter ſe inter-
ponere poteſt ſicut ſupra de illo iuuene qui
ydolum deſponſauerat patuit. Ad terciũ.
Hoc qꝺ dicitur ꝙ virtus angeli ē infinita re
ſpectu ſuperiorum. hoc eſt quia eius virtus
comprehendi non poteſt ab inferioribꝯ quin
ſemper ſuperexcedit eam. ita ꝙ non limitatur
ad vnum effectum tãtum. Et hoc ideo. quia
ſuprema in entibus habent virtutes maxime
vniuerſales. Unde propter hoc ꝙ eſt infini-
ta ſuperius non poteſt dici ꝙ poſſit indifferẽ
ter in omnem effectum illum ad producen-
dum. quia ſic etiam diceretur infinita inferi-
rius ſicut ſuperius. Demũ quia inter agens
⁊ patiens debet eſſe ꝓportio. ⁊ nulla poteſt eſſe
ꝓportio inter ſubſtantiam pure ſpũalem ⁊ cor
poralem. ideo nec ipſi demones poſſent in ali
quem effectũ niſi mediãte aliquo alio princi-
pio actiuo. Inde eſt ꝙ ſeminibꝯ rerꝫ vtuntur
ad effectus producendos. iuxta Augꝰ. iij. de
trini. Unde hoc argumentum redundat in
ꝓcedẽs nec ꝑ illud fortificatur niſi quis vel-
let declarationẽ eius hr̃e. quare intelligentie

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſſerūtur habere virtutes infinitas ſupiꝰ ⁊ nō
inferius. ⁊ daretur ſibi ex ordine rerum cor-
poralium ⁊ corporum celeſtium. qui ſm ſe in
plures ⁊ infinitos effectus influere poſſent.
Hoc autem non fit propter debilitatem infe
riorum. Concluditur ꝙ demones licet abſqꝫ
hoc ꝙ corpora aſſumant poſſint tranſmuta-
tiones in ſeminibus facere. hoc nihil arguit
contra hoc quod hic intenditur de incubis ⁊
ſuccubis quorum actus exercere nō poſſunt.
niſi in aſſumptis corporibus ſm ꝙ ſupra ta-
ctum eſt. ¶ Ad quartū. ꝙ demones non pn̄t
mouere corpora localiter. vnde nec ſemen ⁊c̄.
probaturqꝫ ibi de anima per ſimilitudinem.
Dicendū ꝙ aliud eſt loqui de ſubſtantia ſpi-
rituali ipſius angeli aut demonis ⁊ aliud de
ipſa anima. Hoc em̄ ꝙ anima non poteſt mo
uere corpus localiter niſi viuificatum ab ea.
vel per contactum corporis ad aliud corpus
non viuificatum hoc eſt quia tenet infimum
gradum in ordine ſubſtantiarum ſpiritua-
lium ex quo etiam contingit. ꝙ illud corpus
quod habet mouere etiā per contactū opor
tet ꝙ ſit ꝓportionatum nō ſic autem eſt de de-
monibus quorum virtus omnino corpora-
lem virtutem excedit. ¶ Ad quintum dicen-
dum ꝙ contactus demonis ad corpus ſemi
nis vel cuiuſcūqꝫ alterius non eſt contactus
corporalis ſed virtualis ⁊ fit ſm proportio-
nem conuenientem tam mouenti quam mo
bili ita ꝙ illud corpus quod mouetur nō ex-
cedat proportionē virtutis demonis vt ſunt
corpora celeſtia ⁊ etiam tota terra vel elemen
ta mundi. Et quare illa excedunt dicere poſ-
ſumus vt dicit ſanctus Thomas in queſtio
nibus de malo. q. x. de demonibus. Ex hoc ē
vel propter conditionem nature. vel propter
damnationem culpe. Eſt em̄ ordo rerum ſi-
cut ſm naturam ipſarum ita ⁊ ſm motum. et
ſicut ſuperiora corpa celeſtia mouētur a ſupe
rioribus ſubſtātijs ſpiritualibus. vt ſunt an
geli boni. Ita inferiora corpora moueri pn̄t
a ſubſtātijs ſpiritualibꝰ inferioribus vt ſunt
demones. Et ſiquidem hoc contingit eis ſm
conditionem nature. ſm ꝙ aliqui ponebant
demones non eſſe ex illis ſuperioribus ange
lis. Sed ex illis que pficiūtur a deo huic ter
reſtri ordini vt erat philoſophorum opinio.
vel etiam ſi contingit ex pena peccati vt theo
logorum ſententia eſt tūc a celeſtibus ſedibꝰ
detruſi in hunc aerem tanqꝫ ad penā non pn̄t
ipſum aut terrā cōmouere. Hec addita ſunt
propter duo argumenta que tacite ſoluūtur.
ſcilicet de corporibus celeſtibus ꝙ illa etiam
poſſent mouere. Si poſſent corpora locali-
ter mouere. quia ſunt eis magis propinqua.
vt etiam vltimū argumentum pretendit. Re
ſpondetur enim ꝙ non valet. quia illa corpo
ra excedunt proportionem virtutis eorum. ſi
quidem prima opinio locum habet. Si ve-
ro non ſed ſecunda tunc iterum non poſſunt
mouere propter penam peccati. Eſt etiam ad
argumētum vbi quis obijceret. ꝙ idē eſt mo
tus totius et partis ſicut totius terre et glebe
in .iij. phiſico. Unde ſi demones poſſent mo
uere partē terre poſſent etiam mouere terram
non valet vt patet intuenti diſtinctionē. Col
ligere autem ſemina rerum ⁊ applicare ad cer
tos effectus non excedit eorum virtutem na
turalem deo eis permittente. vt de ſe patet.
Summarie concludatur ꝙ nō obſtante qḋ
quidam dicunt. demones in aſſumptis cor-
poribus nullo modo poſſe generare. ⁊ ꝙ per
filios dei ſignificentur filij ſeth. ⁊ non ange
li incubi. ſicut ⁊ per filias hominum ille que
de ſtirpe Cayn deſcenderant. Quia tamē cō
trarium a multis vt patuit aſſeritur ⁊ ꝙ mul
tis videtur non poteſt omnino eſſe falſum.
ſm philoſophum in ſeptimo ethicoꝝ ⁊ in fi
ne de ſomno ⁊ vigil̄. Jam etiam modernis
temporibus atteſtantur facta ⁊ dicta malefi-
carum talia vere ⁊ realiter exequentiū. Ideo
dicimꝰ tria. Primo ꝙ ꝑ tales demones ſpur
ciſſimi actus venerei nō delectationis ſed in
fectionis anime ⁊ corporum quibus ſuccu-
bunt aut incubunt cauſa exercentur. Secū-
do ꝙ per talem actum completa conceptio ⁊
generatio a mulieribus fieri poteſt. inquan-
tum ſemen humanū apponere poſſunt in lo
co cōuenienti ventris mulieris ad materiam
proportionatam ibidem preexiſtentem. Aſi
mili. ſicut ⁊ ſemina aliarum rerum colligere
poſſunt ad cōplendū aliquos effectus. Ter-
cio ꝙ demonibus attribuitur in talium gene
ratione illud tantum ꝙ eſt motus localis nō
autem ipa generatio cuius principium non ē
virtus demonis aut corporis ab eo ſumpti.
ſed virtus illius cuius ſemen fuit. vnde ⁊ ge
nitus non demonis ſed alicuius hominis fi
lius eſt. Et per hec patet reſponſio ad argu-
mēta vbi quis arguere vellet. ꝙ demones ge
nerare non poſſent ꝓpter duo. Primo ꝙ gene
ratio cōpletur per virtutem formatiuam que
eſt in ſemine corpe viuo reſoluto. Et corpus
a demonibꝰ aſſumptū. qꝛ nō eſt tale ꝗ ⁊c̄. Pa
tet reſpōſio. quia demon virtute ſeminis for
matiuam reponit ad locū debitū ⁊c̄. Secun
do. ſi dicatur ꝙ ſemen nō habet virtutē gene
randi niſi qꝺdiu calor aīe in eo retinet̄. quē tn̄
exalare neceſſe ē ꝑ magnā diſtantiā delatum.

Eſt enim reſponſio ꝙ demones poſſunt aliq̄ reponere ad conſeruationem ſeminis ne calor vitalis euaporet. Uel etiam quia velociſſime mouentur propter victoriam mouentis ſuper rem motam. Ideo non poterit euaporari tam faciliter.

¶ Quarta queſtio a quibus demonibus huiuſmodi exercentur.

Utrum catholicuꝫ ſit aſſerere ꝙ actus incuborum ⁊ ſuccuborum demonuꝫ cōueniat omnibus ſpiritibus immūdis indifferēter ⁊ equaliter. Et videtur ꝙ ſic. quia oppoſitum aſſerere eſſet ordinem quendam bonū inter eos affirmare. probatur. Sicut ad ratōnem boni pertinet modus ⁊ ordo. Auguſtinus in libro de natura boni. ita ad rationem mali pertinet inordinatio. Sꝫ in angelis bonis nihil eſt inordinatū. ergo ⁊ in malis nihil poteſt eſſe ordinatum. Unde indifferenter huiuſmodi actibus habēt inſiſtere. Inde etiā illud. Ubi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat in terra videlicet miſerie ⁊ tenebrarum. Job. x. Preterea ſi nō omnes indifferenter his actibꝰ inſiſtunt hoc eis competit vel ex natura vel ex culpa vl' pena. Nō ex natura. quia poſt peccatum om̄es indifferenter vt in precedenti queſtione tactū eſt. ſunt in natura ipſorum ſpiritus impuri licet non immundi q̄ſtum ad diminutionem naturalium bonorum. In nequicia ſubtiles nocendi cupidi. per ſuperbiam tumidi ⁊c. ergo competit eis quo ad culpam vel penam. Tunc ſic. Ubi eſt maior culpa ibi maior pena. ſed ſuperiores angeli magis peccauerunt ergo in eorum penam magis his ſpurcitijs habent inſiſtere. Si hoc non eſt. dabitur ratio alia. cur non illis actibus indifferēter inſiſtant. Preterea. vbi non eſt ſubiectio ⁊ obedientia ibi omnes indifferenter operātur. ſed in demonibus nulla eſt ſubiectio ⁊ obedientia. probatur. Quia illa ſine concordia haberi non poſſunt. ſed in demonibus nulla ē cōcordia. Prouerbioꝝ. xiij. Inter ſuperbos ſp ſunt iurgia. Preterea ſicut equaliter om̄es ꝓpter culpam poſt diem iudicij in infernū detrudentur. ita ⁊ ante illud tempus in aere caliginoſo propter officium eorum detinentur nec legitur eſſe inequalitas ex parte mancipationis ergo nec inequalitas ex parte officij ⁊ temptationis. Sed contra. gloſa. i. ad Cor. xv. Quādiu durat mundus angeli angelis homines hominibꝰ. demones demonibꝰ p̄ſunt. Item Job. xl. dicitur de ſquamis leuiathan per quas membra diaboli ſignificātur, ꝙ vna vni adheret.. ergo inter eos eſt diuerſitas ⁊ ordinis ⁊ actionis. Incidentaliter q̄ritur. An a bonis āgelis ipſi demones ab huiuſmodi eorum ſpurcitijs exequendis interdum impediantur vel non. Et dicendum ꝙ quia poteſtates dicūtur angeli quorum ditioni virtutes aduerſe ſubiecte ſunt vt Gregorius dicit. ⁊ Auguſtinꝰ. iij. de trini. Spiritus vite deſertor atqꝫ peccator regitur ꝑ ſpiritum vite rationalem pium ⁊ iuſtum. Et ſicut ille creature ſuper alias influentiam habent que ſunt perfectiores ⁊ deo ꝓpinquiores eo ꝙ totus ordo prelationis primo ⁊ originaliter ē in deo ⁊ participatur a creaturis ſꝫm ꝙ ei magis ꝓpinquant. Ideo etiam boni angeli qui maxime appropinquant deo propter eiꝰ fruitionem qua demones carent ſuper ipſos demones habent p̄lationem ⁊ per eos reguntur. Et cū inſtatur ꝙ demones premiſſis medijs multa mala faciunt. aut ergo non impediūtur quia non ſubſunt bonis angelis. qui eos impedire poſſent. aut ſi ſubſunt tunc cuꝫ ad negligentiam preſidentis pertinere vidētur ea que per ſubditos male fiunt. Uidetur ꝙ in angelis bonis ſit aliqua negligētia. Reſpondetur ꝙ ſancti angeli ſunt miniſtri diuine ſapientie. Unde ſicut diuina ſapientia ꝑmittit aliqua mala fieri per malos angelos. vel homines propter bona q̄ ex eis elicit. Ita et boni angeli nō totaliter cohibent malos a nocendo ſiue hoīes ſiue demones. Rñſio. catholicū ē aſſerere q̄ndam ordinē actionū interioꝝ ⁊ exterioꝝ. etiā per quādā p̄lationeꝫ eſſe in demonibꝰ. Uñ ⁊ q̄dam ſpurcitie ab aliquibus infimis ꝑpetrātur a quibus ſupiores ꝓpter nobilitatē nature ſecludūtur. Et declaratur hoc primo generaliter ex triplici ꝯgruentia qua talia cōgruūt eoꝝ nature diuine ſapientie ⁊ proprie nequitie. Demū magis in ſpeciali. Ex natura quidē. Nā ꝯſtat ꝙ a principio creationis ſemꝑ q̄dā alijs ſupiores fuerūt ex natura cum inter ſe differant ſpecie nec duo angeli vnius ſpeciei exiſtant cōmuniorem opinionē ſequendo q̄ etiaꝫ dictis phoꝝ cōcordat ⁊ Dioniſius q̄ ponit. x. ca. celeſtis ierarchie in eodem ordine eſſe primos medios ⁊ vltimos cui etiam neceſſario oportet aſſentire. tum ex immaterialitate eorum. tum etiaꝫ ex incorporalitate. Inſpiciat q̄ vult dicta doctoris in. ij. di. ij. Et quia peccatum naturam nō tollit. ⁊ demones poſt caſuꝫ data naturalia nō amiſerūt vt ſup tactū ē ⁊ opatōnes reꝝ ſequūt̄ naturales eaꝝ ꝯditōes. iō ſic̄ i natura ſic ⁊ in operationibꝰ ſunt varij ⁊ multiplices.

Congruit etiam hoc diuine ſapientie vt ea q̄
ab ipſo ſunt ordinata ſint.ꝯ Roma. xiij. que a
deo ſunt ordinata ſunt. Et qꝛ demones ſint
a deo deputati ad exercendum homines ⁊ ad
puniēdum damnatos. Ideo in exercitijs eo
rū ab extra quo ad homines ſunt varij ⁊ mul
tiplices. Congruit etiam ⁊ nequitie ipſorum
Quia eñi humano generi aduerſantur. ideo
cum ordinate impugnāt. ideo magis homi
nibus nocere eſtimant ſicut faciūt. Unde cō
ſtat ſpurcitijs illis nephandiſſimis nō equa
liter inſiſtunt qḋ etiam magis ſpecificatur ta
li ratione. Nam cum operatio ſequitur natu
ram rei vt dictum eſt. quorumcunꝙ ſunt na
ture ſubordinate. oportet ꝙ etiam operatōes
ſibiinuicem ſubordinentur ſicut patet in re=
bus corporalibus. Quia enim inferiora cor
pora naturali ordine ſunt infra corpora cele
ſtia. actiones ⁊ motus eorum ſubduntur acti
onibus ⁊ motibus celeſtium corporum. ⁊ qꝛ
vt dictum eſt demones naturali ordine inter
ſe differunt. Ideo etiam naturalibus actio=
nibus intrinſecis et extrinſecis preſertim in
huiuſmodi ſpurcitijs peragendis. Ex quib⁹
cōcluditur ꝙ quia huiuſmodi ſpurcitie plu
rimū preter nobilitatē angelice nature exer
centur cū etiam in actibus humanis infimi
⁊ fetidiſſimi actus in ſe quidem conſideran
do non q̄ꝫtum ad officium nature ⁊ procreatō
nis reputantur. Demū cum de quolibet ordi
ne aliqui cecidiſſe credūtur non eſt inconue=
niens aſſerere ꝙ illi demones qui de infimo
choro ⁊ iterum illi qui infimi in illo exiſtunt
his ſpurcitijs ⁊ ab alijs deputantur ⁊ inſiſtūt
Hoc etiam plurimū eſt aduertendum. ꝙ licꝫ
de incubis ⁊ ſuccubis mulierib⁹ infeſtos ſcri
ptura tradit. tamen nuſq̄ꝫ legitur in vitijs q̄=
buſcunꝙ contra naturam loquendo non ſo
lum de ſodomitico ſed etiam de quocūꝙ alio
peccato extra vas debitum perpere agendo ſe
incubos ⁊ ſuccubos feciſſe. In quo maxima
illorum peccaminū enormitas oſtenditur cū
indifferenter omnes demones cuiuſcūꝙ or=
dinis illa peragere abhorrent ⁊ verecundum
eſtimant. Et hoc videtur velle gloſa ſup Eze
chielem. xix. vbi dicitur. Dabo te in manus
paleſtinorum id eſt demonū. qui etiā erube
ſcunt de via tua ſcelerata vicium contra na=
turam intelligens. ⁊ intuenti patet. ꝙ de de=
monib⁹ oportet auctoritatē intelligere. Nul
lum eñi peccatū tam ſepe deus reproba mor=
te in multis condemnauit. Dicunt etiam nō
nulli ⁊ veraciter creditur ꝙ nullus talis vicij
poſtq̄ꝫ tēpus mortalis vite xp̄i qḋ ad annos
xxxiij. extenditur in hoc ſcelere pſeuerans ex

ceſſerit niſi ſpeciali gratia redemptoris pote
rit liberari qḋ ex eo ptꝫ ꝙ octogenarijs ⁊ cen
togenerijs iſto crimine inueniūtur ſepe irre=
titi quibus tempus xp̄i qꝛ vite morū diſcipli
na fuit. et ideo illo ſpreto vix vnq̄ꝫ ſine diffi=
cultate per maxima ab hoc ſcelere continebit
Sed ⁊ ꝙ ordo ſit inter eos etiā ad officia ex
teriora quo ad impugnatōnes demonſtrant
eorum nomina. Nam licet vnum ⁊ idem no
men. ſcꝫ diabolus multipliciter exprimatur
in ſcripturis ⁊ hoc propter diuerſas eorū p=
prietates. Tamen his immundis operibus
vnus preſidere in ſcripturis tradit̄ ſicut etiā
⁊ certis alijs vitijs. Eſt eñi vſus ſcripture ⁊
locutionis quemlibet immūdum ſpiritū no
minare diabolū a dya quod duo ⁊ bolus qḋ
eſt morſellus. quia duo occidit. ſcꝫ corpus ⁊
animā. ⁊ ſm ethimologiam. licet grece inter=
pretatur diabolus clauſus ergaſculo ⁊ hoc ſi
bi conuenit cum non permittitur ſibi nocere
q̄ꝫtum vellet. Uel diabolus quaſi defluens.
quia defluxit id eſt corruit ſpecialiter ⁊ locali
ter. Nominat̄ etiam demon id ē ſapiēs ſuper
ſanguinē. vel ſanguineus. ſ. ſuper peccata q̄
ſitit ⁊ procurat triplici ſcientia qua viget. ſcꝫ
ſubtilitate nature experientia tempoꝝ ⁊ reue
latione bonoꝝ ſpirituū. Nominat̄ etiā beli=
al qḋ interp̄tat̄ abſq̄ꝫ iugo vel abſq̄ꝫ dominio
qꝛ ꝑpoſſe pugnat ꝯtra eū cui deberet eē ſubie
ctus. Uocat̄ etiā beelzebub qḋ interp̄tat̄ vir
muſcarū id ē animaꝝ peccantiū q̄ reliquerūt
verum ſponſum xp̄m. Item ſathanas id eſt
aduerſarius. Unde. i. Pe. v. Aduerſarius ve
ſter diabolus circuit ⁊c̄. Item vehemoth id
ē beſtia. qꝛ facit homines beſtiales. Ipe tamē
demon fornicationis ⁊ princeps illius ſpur
cicij dicit̄ aſmodeus. qḋ interpratur factura
iudicij. qꝛ propter hmōi vicium factum fuit
terribile iudiciū ſup ſodomā ⁊ quatuor alijs
ciuitatibus. Sicut ⁊ demon ſupbie dicitur
leuiathan. quod interp̄tatur additamentum
eorum. quia ⁊ lucifer tentans primos paren
tes de ſuperbia promiſit eis additamentum
diuinitatis. De quo ⁊ per Eſaiam dn̄s Uiſi
tabo ſup leuiathan ſerpentem veterē ⁊ tortuo
ſum. ⁊ demon auaricie ⁊ diuitiarum dicitur
māmona. Quē ⁊ xp̄s ī euāgelio exp̄ſſit. mat.
vi. Nō poteſtis deo ſeruire ⁊c̄. Ad argumēta
ad primū. ꝙ qꝛ bonū pōt inueniri ſine malo.
ſed malū nūq̄ꝫ inuenit̄ ſine bono. qꝛ fundat̄
ſuper creaturam q̄ in ſe bona eſt. Et ideo de=
mones inq̄ꝫtū habēt naturā bonam ordinati
ſunt ī naturalib⁹ ⁊ in eoꝝ actionib⁹. ad illud
Job. x. p̄t dici. ꝙ demones ad exercitiū depu
tati nō ſunt ī inferno ſed iſto aere caliginoſo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde hic habent ordinem inter ſe quē tunc
in inferno non habebunt. Uel etiam dici po
teſt ꝙ etiam iam om̄is ordo in eis ceſſat quo
ad ipſam beatitudinem conſequendam cum
a tali ordine irrecuperabiliter ceciderunt. Et
dici poteſt ꝙ etiam in inferno erit inter eos
ordo poteſtatis ⁊ penarum afflictionis inq̃ꝫ-
tum aliqui ad affligendum animas deputa-
buntur ⁊ non alij. Sed hic ordo magis erit a
deo q̄ꝫ ab ipſis ſicut etiam ⁊ eorum tormenta
Ad tercium cum dicitur ꝙ ſuperiores demo
nes. quia magis peccauerunt ⁊ magis puniū
tur etiam his actibꝫ immūdis amplius debe
rent inſiſtere. Reſpondetur. quia culpa ordi
natur per penam ⁊ non per nature actum ſeu
operationem. ideo non inſiſtunt illis immū
ditijs ꝓpter nobilitatem nature non ꝓpter eo-
rum culpam aut penam. Et licet omnes ſunt
ſpiritus impuri ⁊ ad nocendū cupidi tamen
vnus amplius altero inquantū potiora na-
turalia ſunt obtenebrata. Ad quartum dicit
ꝙ eſt concordia inter demones non amicitie
ſed nequitie ex qua homines odiūt ⁊ dei iuſti
cie repugnat q̄ꝫtum poſſunt. Talis enim cō-
cordia inter impios reꝑitur vt eis ſe adiūgāt
⁊ ſubijciant ad ꝓpriam nequitiam exequendā
quos potiores viribus vident. Ad quintuꝫ
licet carceralis mancipatio omnibꝫ equaliter
deputetur iam in aere ⁊ poſt in inferno. nō ta
men ex hoc naturalia in eis ſunt equaliter ad
equales penas ⁊ officia eq̄lia ordinata. imo
q̄ꝫto ſunt nobiliores in natura et potiores in
officio. tanto etiam grauiori ſubiecti tormen-
to. Unde Sapiē. vi. Potentes potenter tor-
menta patientur.

Eſt ergo queſtio ſuper influentias corpo-
rum celeſtiū in qua tres alij errores reproban
tur. ⁊ eſt quinta in ordine.

Sed pro ampliori premiſſoꝝ declaratio-
ne etiam obuiandum quibuſcunqꝫ pretenſis
obiectionibus. Queritur de maleficorū ope-
ribus quo ad quintuplicem cauſam. quatu-
or ex illis reprobando ex quibꝫ influere non
poſſunt. quintam vero concludendo. ſ. virtu
tem intellectiuam ex qua fluere habent q̄ ⁊ li-
cet bona ſit ſm̄ naturam. eſt tamen mala ſm̄
volūtatem. quatuor aūt cauſe reprobant cō-
tra illos q̄ aut maleficas aut eoꝝ opa eſſe ne-
gant. ⁊ ſunt corpoꝝ celeſtiū influentie. illorū
corpoꝝ ⁊ orbiū motores mouētia. hominum
excreſcens malitia. ⁊ imaginum ac caracteꝝ ⁊
verboꝝ efficacia.

An poſſit quoqꝫ modo catholice cenſe-
ri ꝙ origo ⁊ multiplicatio maleficorū
operum proceſſerit ex influentijs cor-
porum celeſtium ſeu ex ſuperabundanti ma-
licia hominum ⁊ non ex ſpurcitijs incuborū
⁊ ſuccuborum demonum. ⁊ videtur ꝙ ex ꝓ-
pria malicia. Nam Auguſtinus in li. lxxxiij.
q. dicit ꝙ ad hominis volūtatē cauſa depra-
uationis eius redit ſiue aliq̄ ſiue nullo ſua-
dente deprauata ſit. Sed maleficus deprauā
tur ꝑ peccatum. ergo cauſa illius non eſt dia-
bolus ſed volūtas humana. Ad ideꝫ dicit de
lib. arb. ꝙ quilibꝫ eſt cauſa ſue malicie. quod
etiam ꝓbat̄ rōne. Peccatū hominis ex li. ar.
ꝓcedit. ſed diabolus nō p̄t li. ar. mouere. hoc
em̄ libertati repugnaret. ergo diabolus non
pōt eſſe cauſa. nec illius cuiuſcūqꝫ alteriꝰ pctī
Preterea in li. de eccleſiaſticis dogmatibꝫ dr̄
Non om̄es cogitatōnes noſtre male a diabo
lo excitant̄ ſed aliquotiens ex noſtri arbitrij
motu emergūt. Demū ꝙ ex influentijs cor-
poꝝ celeſtiū poſſint oriri ⁊ nō a demonibꝫ ꝓ-
batur. Sicut om̄is multitudo reducitur ad
vnū. ita omne multiforme reducitur in aliqḋ
vniforme principiū. Sed actꝰ humani ſunt
varij ⁊ multiformes tam ad vicia q̄ꝫ ad virtu
tes. ergo videtur ꝙ reducātur in aliqua prin
cipia vniformiter mota ⁊ mouentia. Sed ta
lia non poſſunt aſſignari niſi ex motibus ce-
leſtium qui ſunt vniformes. ergo illa corpo-
ra ſunt talium actōnum cauſe. Preterea. ſi ce
leſtia corpora non eſſent humanorum actuū
ad virtutes ⁊ vicia cauſe. aſtrologi non adeo
frequenter vera predicarent de bellorum euē
tibus ⁊ alijs humanis actibus. ſunt ergo ali
quo modo cauſa. Preterea corpora celeſtia
mouentur a ſubſtātijs ſpiritualibus ſm̄ the-
ologos ⁊ philoſophos omnes. Sed illi ſpi
ritus ſunt ſuperiores animabus noſtris ſi-
cut ⁊ corpora celeſtia corporibus noſtris. er-
go ambo inſimul habent imprimere in ani-
mam ⁊ corpus hominis ad cauſandam q̄ſ-
cunqꝫ actus humanos. Preterea corpora ce-
leſtia poſſunt imprimere ī ipſos demones ad
cauſandū certa maleficia. ğ a fortiori ī ipſos
homīes. Aſſumptū ꝓbat̄ ex tribꝫ. Nam certi
homines q̄ lunatici dicūtur infeſtantur a de
monibꝫ plus vno tp̄e q̄ꝫ alio qḋ non facerent
ſed potius omni tp̄e moleſtarent niſi in cer-
tis lunationibꝫ etiam ipīs demones inquie-
tarentur ad inferendum huiuſmodi. proba-
tur etiam ex nigromanticis qui certas con-
ſtellationes obſeruant ad inuocandū demo-
mones ꝙ nō facerēt niſi ſcirēt illos demones
corpibꝫ celeſtibꝫ eē ſubiectos. Probat̄ etiaꝫ ex
illo ꝙ demones ſm̄ augꝰ l. x. de ci. dei. q̄buſ-
dā corpibꝫ inferioribꝫ arcent̄. ſ. herbis. lapidi
bus. animantibꝫ. ⁊ ſonis quibuſdam certis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et vocibus ⁊ figurationibus. ſed cum corpora
celeſtia ſint virtuoſiora q̃ꝫ corpora inferiora.
Ideo multomagis actionibus corporum ce
leſtium. Et iterum amplius malefici ſubijci-
untur vt eorum opera ex influentijs illoruꝫ
corporum ⁊ non ex aſſiſtentia ſpirituũ malo
rum proueniant. Fortificatur argumentum
ex. i. Regũ. c. xvi. vbi ſaul qui vexabatur a de
mone alleuiabatur quando dauid cytharaꝫ
percutiebat coram eo ⁊ ꝙ recedebat ſpiritus
malus. Sed contra. Impoſſibile eſt effectuꝫ
ſine cauſa ſua producere. ſed opera malefico
rum ſunt talia ꝙ non poſſunt niſi opere de-
monũ fieri. patet ex deſcriptione operum ma
leficorum. ex Iſido. libro. viij. ethimol'. Ma
lefici dicũtur ob magnitudinem facinorum.
Hi eñ elementa cõcutiunt. mentes hominũ
turbãt ⁊ abſqꝫ vllo veneni hauſtu ſola vi car
minũ animas interimũt ⁊c̃. Huiuſmodi au
tem effectus non poſſunt ex influentijs cor-
porum celeſtium mediante homine cauſari.
Preterea philoſophus in ethi. Difficile inq̃-
rit quid ſit principium operatõnis in anima
Et oſtendit ꝙ oportet eſſe aliquod extrinſe-
cum. Omne enim quod incipit de nouo ha-
bet aliquã cauſam. Incipit enim homo ope-
rari quia vult. Incipit autem velle. quia p̄cõ-
ciliatur. ſi auteꝫ preconciliatur ꝓpter aliquod
concilium precedens. aut ergo eſt procedere
in infinitũ. aut oportet ponere aliquod prin
cipiũ extrinſecũ quod primo mouet hominẽ
ad cõciliandũ niſi forte aliquis dicat ꝙ hoc
eſt a fortuna ex quo ſequeretur omnes actus
humanos eſſe fortuitos. quod eſt abſurdum.
Principiuꝫ ergo in bonis ad bona dicit eſſe
deum qui non eſt cauſa peccati. In malis au
tem cum homo incipit agere velle ⁊ concilia-
ri ad peccandũ oportet ꝙ huius etiam ſit ali-
qua cauſa extrinſeca. ⁊ non poteſt eſſe alia ni-
ſi diabolus p̄ſertim in maleficiis vt ſupra pa
tuit qꝛ corpus celeſte nõ poteſt ad tales actus
influere. ergo patet veritas. Preterea cuiꝰ po-
teſtati ſubiacet motiuũ. eius poteſtati ſubia-
cet ⁊ motus qui a motiuo cauſat̃. Motiuum
autem voluntatis eſt aliquid apprehenſum ꝑ
ſenſum vel intellectum quoꝝ vtrũqꝫ ſubiacet
poteſtati diaboli. Dicit eñ Auguſtinus in li
bro. lxxxiij. q. Serpit hoc malum. ſ. quod eſt
a diabolo per omnes additus ſenſuales. dat
ſe eſſe figuris accomodat ſe coloribꝫ adheret
ſonis. latet in ira ⁊ in fallacia ſermonis. odo-
ribus ſe ſubijcit infundit ſaporibꝫ. ⁊ q̃buſdã
nebulis implet omnes meatus intelligentie.
ergo videtur ꝙ in poteſtate diaboli eſt moue
re volũtatem q̃ eſt directe cauſa peccati. Pre-

terea omne quod ſe habet ad vtrũlibet indi-
get aliquo determinãte ad hoc ꝙ exeat ĩ actũ
ſed lib. arbi. hominis ad vtrũlibet ſe habet. ſ.
ad bonuꝫ ⁊ malũ. ergo ad hoc quod exeat in
actum peccati indiget ꝙ ab aliquo determi-
netur ad malum. Maxime autem hoc vide-
tur fieri a diabolo preſertim in operibꝫ male-
ficorum cuꝫ eius volũtas eſt determinata ad
malum. ergo videtur ꝙ mala voluntas dia-
boli eſt cauſa male volũtatis precipue in ma-
leficiis. ⁊ poteſt fortificari ratio per hoc ꝙ ſi-
cut bonus ãgelus ſe habet ad bonum. ita ma
lus angelus ad malum. Sed ille reducit ho
mines ad bonum. ergo iſte ad malum. eſt eñ
dicit Dyoniſius lex diuinitatis immobiliter
ſtabilita vt yma a ſummis perficiantur.
Reſponſio. quia queſtio quo ad originẽ ma-
leficorum operum fundatur. ſuper influen-
tiam luminarium celeſtium oſtenditur per re
probationem trium errorum qui hoc aſſere-
re conantur. ſcilicet planetarioꝝ genetaliaco
rum. ⁊ fatalium ordinem ponentiũ hoc non
eſſe poſſibile quo ad primũ. Nam ſi queritur
an ex impreſſione luminarium celeſtiũ cauſe
tur in hominibus vicium maleficorum tunc
ad diuerſitatem morum attendendo ⁊ verita
tem fidei ſaluãdo oportꝫ ſub diſtinctõne diſ-
ſerere videlicet ꝙ mores hominũ a ſideribus
cauſari poteſt intelligi dupliciter. Aut neceſ
ſario ⁊ ſufficienter. Aut diſpoſitiue ⁊ contin-
genter. Si dicatur primo modo tunc nõ ſo-
lum eſt falſum imo hereticum. eo ꝙ chriſtia-
ne religioni adeo repugnat ꝙ etiam veritas
fidei in tali errore ſaluari non poteſt. Ratio.
Dum enim ponit omnia a ſideribus neceſſa-
rio euenire. iam tollit meritum ⁊ per conſe-
quens demeritum. Tollit ⁊ gratiam ⁊ ꝑ con
ſequens gloriam. Tum quia honeſtas moꝝ
per hunc errorem preiudicium patitur dum
culpa peccantis in ſydera refunditur licẽtia
maleficiendi ſine reprehenſione conceditur.
⁊ homo ad orandum ⁊ colendum ſydera in-
curuatur. Si autem dicatur mores hominũ
a diſpoſitionibus ſyderum variari diſpoſi-
tiue ⁊ contingenter ſic poteſt habere veritatẽ
quia nec rõni nec fidei repugnat. Planũ eñ
eſt ꝙ diſpoſitio corporis varia multum facit
ad variationem affectionũ ⁊ moꝝ anime. vt
plurimuꝫ eñ anima complexiones corporis
imitatur. vt dicit̃ in ſex principijs. Vñ ⁊ co-
lerici ſunt iracundi ⁊ ſanguinei ſunt benigni
⁊ melãcolici ſunt inuidi. flegmatici pigri. hoc
autẽ nõ ẽ neceſſario. anima eñ dominat̃ ſuo
corpꝰi ⁊ maxime quando eſt adiuta per grãm
Multos eñ videmus colericos manſuetos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et melancolicos benignos. Quoniam ergo
virtus corpoꝝ celeſtiuꝫ oꝑatur admixtionē
et qualitatē complexionū. Hinc eſt ꝙ ꝑ con=
ſequens quodāmodo oꝑatur ad qualitatem
morum valde tñ de longinquo. Plus enī fa
cit ad qualitatē ꝯplexionis virtus nature in
ferioris ꝗ̃ virtus ſideris. Unde Augꝰ. v. de
ci. dei. in ſolutōne cuiuſdā queſtionis de du=
obus fratribꝰ qui ſimul infirmabanť et cura
bantur: cum querebatur vnde hoc eſſet ma=
gis cōmendat rōem ipocratis ꝗ̃ aſtronomi.
Ipocras enī reſpondit ꝙ hoc erat ꝓpter ſimi=
litudinem cōplexionis. Et aſtronomus re=
ſpondit ꝙ erat ꝓpter idemptitatē conſtellatio
nis. Melius enī reſpondit phiſicus. qꝛ cau=
ſam reddit magis ꝓpriam et magis ꝓpinquā.
Sic ergo dicendū ꝙ impreſſiones ſiderum
aliquo modo diſponūt ad maliciam malefi=
corum: ſiquidē aliqua influentia in eoꝝ cor=
poribus predominatur potius ad hmōi ne=
phanda ꝗ̃ ad alia oꝑa quecunqꝫ viciosa ſeu
virtuoſa. que tñ diſpoſitio nō debet dici ne=
ceſſaria ꝓxima et ſufficiens. ſed remota ⁊ cō=
tingens. Nec valet ſi quis obijceret phm li.
de ꝓprietatibus elementoꝝ. vbi dicit ꝙ regna
vacua facta ſunt et terre depopulate apud cō
iunctioneꝫ iouis et ſaturni. arguendo quaſi:
qꝛ talia ex libero arbitrio dependebant hoīm
ergo etiā influentie luminariū ſuꝑ li. ar. habe
rent efficaciā. Rñdetur enī ꝙ phus ꝑ hoc di
ctum nō vult innuere ꝙ hoīes illi non pote=
rant reſiſtere illius influentie conſtellatōnis
ad diſſenſionē inclinantis. ſed qꝛ noluerunt
quia ſicut ptolomeus in almageſti. Sapiēs
homo dñabitur aſtris. Quis enī cōiunctio io
nis ⁊ ſaturni eo ꝙ ſaturnus habet influentiā
melancolicā et malam et iupiter valde bonā
poſſit ad rixam vel diſcordiā hoīes inclina=
re. illi tñ inclinationi hoīes ꝑ libertatē arbi=
trij pñt reſiſtere et valde faciliter cum adiu=
torio gratie dei. Nec iterum valet ſi quis ob
ijceret dictum Dama. li. ij. c. vi. vbi dicit. con
ſtituuntur multotiens comete ⁊ ſigna quedā
mortis regum. Reſpondetur enim ꝙ etiam
ſequendo opinionem Dam̄. qui fuit vt patet
in predicto libro cōtrarie opinionis vie phi
loſophice ſiue non: nihil ꝑ hoc concluditur
quo ad neceſſitatem actuum humanoꝝ. opi=
natur enim Dam̄. ꝙ cometa nec naturaliter
generatur nec eſt vna de ſtellis in firmamen
to poſitis. vnde nec eius ſignificatio eſt na=
turalis nec influentia. Dicit enī ꝙ comete nō
ſunt ex his que a principio genita ſunt aſtra.
ſed diuina iuſſione ſ'm ipm̄ tempus conſtitu
untur et rurſus diſſoluuntur. hec Damaſce.

Prenunciat aūt deus ꝑ tale ſignū morteꝫ re=
gis magis ꝗ̃ alioꝝ. tum quia eſt ꝑſona com=
munis. tum qꝛ pt̄ ex hoc oriri turbatio regni
De cuius cuſtodia magis ſollicitanť angeli
ꝓpter cōmune bonū quoꝝ etiaꝫ miniſterio et
generantur et diſſoluunť. Sed nec phorum
opinio obſtat qui dicunt ꝙ ſtella cometa ſit
impreſſio calida et ſicca generata in ſuperio=
ri ꝑte aeris ꝓpe ignem: ex cuius vapore cali=
do et ſicco globus illius vaporis adunatus
apparet corpus ſtelle. Partes aūt illius vapo
ris diſcontinuate circa illū globum et longū
ꝓtenſe in ſuis extremitatibꝰ illi globo cōiun
cte ſunt quaſi eius come. et ſ'm hanc poſitio=
nem ſignificat et cauſat non ꝑ ſe ſed per acci
dens mortalitatē ꝓuenientē ex infirmitatibꝰ
calidis et ſiccis. Et quia vt plurimū diuites
nutriunť calidis et ſiccis. Ideo illo tp̄e mul
ti diuites moriuntur inter quos mors reguꝫ
et principum eſt magis notabilis. et hec poſi
tio nec diſtat a poſitōe Dama. ſi quis bene cō
ſiderat: niſi quo ad operationē ⁊ coopationeꝫ
angeli quā nec phi excludere poſſunt: immo
vbi vapores nunqꝫ in ſua ſiccitate et calidi=
tate ad generandū cometā ꝯcurrerent adhuc
oꝑatione angeli ſepe cōcurrere habent cauſis
ꝑdictis ſicut et ſtella que ſancti Thome do=
ctoris tranſitū indicauit que vtiqꝫ nō ex ſu=
peris in firmamēto poſitis proſilijt ſed oꝑa=
tione angeli ex materia aliqua preiacente for
mata et officio pacto iterū reſoluta fuit. Un
de videmus ꝙ ſ'm quācunqꝫ iſtarū opinio=
num nullū penitus habēt celi luminaria do
minium ſuꝑ li. arbitriū. Unde nec ꝯſequen=
ter ſuꝑ malitiā ⁊ mores hoīm. Nota inſuper
quare aſtronomi vt ſepius vera predicunt et
ꝙ eorum iudicia vt plurimū ſuꝑ vnam pro=
uinciam aut gentē vnius terre eueniūt. Hu
ius rō eſt. qꝛ enī ſua iudicia ſumunt ex aſtris
que etiā habent maiorē influentiā capiendo
ꝓbabiliorē non neceſſitantē in actibꝰ tam na
ture ꝗ̃ voluntatis et in actibꝰ hoīm generali
bus ſicut vnius gentis vel ꝓuincie ꝗ̃ in pti
cularibus vnius ꝑſone: quia maior effectus
ſtellaꝝ imprimitur in totā vnam gentē ꝗ̃ in
vnum hoiem: et qꝛ maior pars gentis vnius
magis ſequiť affectus naturales corporis ꝗ̃
vnus ſingularis homo. ideo ⁊c̄. ſed hoc inci=
dentaliter eſt tactū. Secunda via per quam
prefata noſtra catholica aſſertio declarať eſt
ꝑ reprobationē errorū genitaliacoꝝ. et deam
fortune colentiū mathematicoꝝ. De quibus
Iſiḋ. viij. ethi. c. ix. genetaliaci dicūtur ꝓpter
nataliū conſiderationē ſiderū qui vulgo ma
thematici dicuntur. Fortuna vero vt ibideꝫ

dicit.c.ij.a fortuitis nomen habere dicitur q̄
ſi deam quandā res humanas varijs caſib⁹
et fortuitis illudentem. Unde et cecam appel
lant eo ꝙ paſſim in quoſlibet incurrens ſine
vllo examine meritoꝝ et ad bonos et ad ma=
los venit. hec Iſidorus. Sed talem deā cre=
dere aut ꝙ leſiones in corꝑibus et creaturis
que ex maleficoꝝ operib⁹ inferuntur non ab
ipſis maleficis ſed ab ipſa dea fortune ꝓueni=
rent: ſicut eſt idolatria. ita et aſſerere malefi=
cas ipſas ad hoc eſſe natas vt talia per eas in
mūdo exerceri poſſint. ſimiliter a fide alienuz
exiſtit immo et a cōmuni phoꝝ traditōne. ſi
cui placet inſpiciat doctorē ſanctū. li. iij. ſum
me fidei cōtra gentiles. q. lxxxvij. et ſequenti
bus. et inueniet plura. licet hoc vnicuz ꝓpter
eos qui fortaſſis copiam libroꝝ non habent
nō videtur obmittendū. ꝙ quia in hoīe tria
ſunt vt ibi notatur que a tribus celeſtib⁹ cau
ſis diriguntur. voluntatis actus. intellectus
actus et corꝑis actus. quoꝝ principiū a deo
tm̄ et immediate. ſecundū ab angelo. et terciū
a celeſti corꝑe dirigitur. Nam electōes et vo=
luntates immediate a deo in bonis opib⁹ di=
riguntur. dicente ſcriptura ꝓuerb. xxi. Cor
regis ſupple. qđ maiori potentia videtur poſ=
ſe reſiſtere eo minus alij nō poſſunt: q2 in ma
nu dn̄i et quocūq3 voluerit inclinabit illud.
Et apl's. Deus eſt qui oꝑatur in nobis velle
et ꝑficere ꝓ bona voluntate. Cognitio vero
humana intellectiua a deo mediantib⁹ ange=
lis ordinatur. Ea vero que ad corꝑalia per=
tinēt ſiue ſint exteriora ſiue interiora in vſuz
hoīs venientia a deo mediantib⁹ angelis et
celeſtib⁹ corꝑibus diſpenſant᷑. Dicit eni beatus
tus Dioniſius. iiij. de diui. no. ꝙ corꝑa cele=
ſtia ſunt cauſe eoꝝ que in hoc mundo fiunt:
non tn̄ neceſſitatē inferentia. Et cum homo
ſit ordinatus ſcḋm corpus ſub corꝑibus cele=
ſtibus. ſcḋm intellectum vero ſub angelis. ſcḋm
voluntatē aūt ſub deo poteſt cōtingere ꝙ ho
mo ſpreta inſpiratōne dei ad bonū et illumi=
natione boni angeli ducatur affectōe corpo=
rali ad ea ad que influentia luminarium celi
inclinant vt et ſic tā voluntas q̄3 intellectus
malicia et erroꝛib⁹ inuoluantur. Non eſt aūt
poſſibile hmōi erroꝛib⁹ quibus malefici irre
titi ſunt ex influentijs luminariū celi inuol=
ui licet ad fundendū ſanguinē vel furta aut
latrocinia vel etiā incōtinentias peſſimas ꝑ=
petrare poſſit quis ex illis inclinari ſicut etiā
ad alia quedā naturalia. Etiā vt Guil'. in de
vniuerſo dicit. Ex ꝑ experientiā habetur ſi me=
retrix nititur plantare oliuam non efficitur
fructifera que tn̄ ꝑ caſtam plantata fructifera
efficitur. Et aliquis etiam medicus in ſanan
do. et agricola in plantando. ⁊ miles in expu
gnando aliqua ex impreſſione celeſtis corꝑis
efficiunt que alij etiā eaſdem artes habentes
efficere nō poſſunt. Tercia via ſumitur ex re=
probatione fatalium effectuū. Ubi notandū
ꝙ fatū eſſe aliquid vno modo catholice aſſe=
ritur. Alio modo aſſerere eſt omnino hereti=
cum. Si eni fatum eſtimetur eſſe ſcḋm eſtima=
tionem quorundā gentilium et etiā quorun
dam mathematicorū qui putabāt ꝙ ex vi po
ſitōis ſiderū cauſaretur infallibiliter diuer=
ſitas morum: ita ꝙ talis efficeretur neceſſario
maleficus vel virtuoſus in morib⁹ quia talē
eum eſſe cauſaret vis que in diſpoſitōne ſide=
rum ſub qua talis vel conceptus vel natus
eſſet cōprehenderetur. Et iſtam vim vocaue=
runt noīe fati. Sed quia iſta opinio non tm̄
eſt falſa immo heretica et om̄ino deteſtanda
ꝓpter incōuenientia que neceſſario ſequeren=
tur vt ſupra tactū eſt circa reprobationē pri=
mi erroris. q2 videlicz tolleretur rō meriti et
demeriti imo gratie et glorie et ꝙ deus malo
rum noſtroꝝ auctor eſſet et plura alia. Ideo
fatum ſic om̄ino refutatur q2 nihil eſt. ſcḋm
quam acceptionē etiā Grego. dicit in Omel'.
epiph. Abſit a fidelium cordib⁹ vt fatum ali
quid eſſe dicant. et licet hec opinio videatur
eadem eſſe cum prima que eſt planetarioꝝ. et
hoc ꝓpter eadem incōuenientia que vtrobiq3
cernuntur. tn̄ ſunt diuerſe quantū inter ſe di
uerſificantur vis ſiderum ⁊ influxus genera
lis ſeptē planetaꝝ. Si aūt eſtimetur fatū eſſe
ſcḋm quandā diſpoſitionē ſiue ordinationem
cauſarum ſecundaꝝ ad ꝓducenduz effectus
diuinitus prouiſos. Hoc modo fatum vere
eſt aliquid eo ꝙ ꝓuidentia dei ꝑ cauſas me=
dias exequitur ſuos effectus. In illis videli
cet q̄ ſcḋis cauſis ſubdunt᷑ licet in alijs non
vt eſt creatio: animaruz glorificatio: et gratie
collatio. Licz etiā angeli ad gratie infuſionē
cooperari poſſunt intellectū et voluntatis ca
pacitatem illuminando et diſponendo. et ſic
quedam ordinatio effectuū vna et eadem di=
citur ꝓuidentia et etiā fatum. Si eni conſi=
deratur vt eſt in deo ſic dicitur ꝓuidentia. ſi
autez ſcḋm ꝙ eſt in cauſis medijs ordinatis a
deo ad effectus aliquos ꝓducendos ſic ha=
bet rationem fati. Et hoc modo Boetius lo
quens de fato. iiij. de conſol'. dicit. Fatum eſt
rebus mobilibus inherens diſpoſitio ꝑ quā
ꝓuidentia ſuis queq3 nectit ordinib⁹. Sed
tamen ſancti doctores hoc nomine vti recu=
ſauerunt propter eos qui illud ad vim poſi=
tionis ſiderū retorquebant. Unde Aug⁹. v.

de ciui. dei dicit. Si propterea quiſq̄ʒ res hu-
manas fato tribuit. quia ipſam dei volunta-
tem vel poteſtatem fatum vocat ſententiam
teneat et linguam corrigat. Patet etiam ex p̄-
miſſis tacita reſponſio ad queſtionē. an om-
nia fato ſubdantur et an etiam maleficorum
opera illi ſubdantur. Quia ſi fatum dicitur
ordinatio cauſarum ſecundaruʒ ad effectus
diuinitus prouiſos id eſt vbi deus diſpoſu-
it per cauſas ſecundas producere effectus ta-
les. ſic inquaʒ ſubduntur fato id eſt ſubdunt
cauſis ſecundis: ſic a deo ordinatis vt ſunt
influentie corporum celeſtium. Ea vero que
immediate a deo fiunt vt eſt creatio rerū. glo
rificatio ſubſtantiarum ſpiritualium et alia
huiuſmodi non ſubduntur Et hoc eſt quod
dicit Boetius vbi ſupra ꝙ ea que ſunt pri-
me deitati propinqua fatalis ordinis mobi-
litatem excedunt. Unde maleficorum opera
quia non ſubſunt ſecundis cauſis cum talia
preter curſum cōmunem ⁊ ordinē nature eue
niunt. Ideo nec fato ſed cauſis alijs quo ad
coꝝ originē neceſſario ſubduntur.

Conſequenter ꝙ nec huiuſmodi ma-
leficorum opera poſſint oriri aut cau
ſari a ſubſtantijs ſeparatis que ſunt
motores orbium ſeu corporibus celeſtium:
cuius opinionis fuit Auicen̄. et ſui ſequaces
hac ratione moti. quia enim ſubſtantie ille ſe
parate altioris ſunt virtutis animabus no-
ſtris et ab ipſa anima interdum cum fuerit
in ſua imaginatione ad ſolam quandā appre
henſionem interiorem circa aliquod extrin-
ſecum immutatur corpus proprium. inter-
dum etiam alienum ſeu extrinſecū. verbi gra
tia. Aliquis ambulans ſupra trabem in alto
poſitam cadit de facili. quia imaginatur ca-
ſum ex timore. nō autem caderet ſi eſſet trabes
illa poſita ſuper terram vbi caſum timere nō
poſſet. Item ad ſolam apprehenſionem ani-
me incaleſcit corpus vt in concupiſcentibus
vel iratis: aut etiā infrigidatur ſicut in timen
tibus. poteſt etiaʒ immutari ad aliquam egri
tudineʒ puta febrem vel lepram ex forti ima
ginatione et apprehenſione ad tales egritu di
nes. et ſicut circa corpus proprium ita et cir-
ca alienum vt illud immutetur ad ſanitateʒ
vel egritudinem. et hic ponit cauſam etiam
faſcinatōnis de qua ſuperius tactum eſt. Et
quia ſcd̄m iſtam poſitionem effectus malefi-
carum haberent reduci ad motores orbium
licet non preciſe ad ipſa corpa celeſtia. Ideo
vltra illa que ibi tacta ſunt Dicamus adhuc
ꝙ talia ſic contingere eſt impoſſibile. quia cū
motores orbium ſint ſubſtantie intellectua-
les et bone nō tam ſm̄ naturam q̄ʒ et ſm̄ vo-
luntatem quod patet ex earum operationibꝫ
ad bonum totius vniuerſi. Illa autem crea-
tura cuius ope magice operationes fiunt: et
ſi ſit bona ſm̄ naturaʒ non tamen poteſt eſſe
bona ſcd̄m voluntatem. Ideo non poteſt eſ-
ſe idem iudiciū de ambabus ſubſtantijs. Et
ꝙ non poteſt eſſe bona ſm̄ voluntatem pro-
batur. Nam preſtare patrocinium aliquibꝫ
in his que ſunt contraria virtuti non eſt ali-
cuius intellectus bene diſpoſiti: talia autem
fiunt in huiuſmodi operationibus malefico
rum. fiunt enī vt in ſecunda parte operis pa-
tebit plurima homicidia. fornicationes. pue
rorum et iumentorum occiſiones et alia ma
leficia procurantur. vnde vtentes his artibꝫ
malefici a malefaciendo vocantur. non eſt er-
go bene diſpoſita ſcd̄m virtutem talis intel-
lectualis natura cuiꝰ auxilio huiuſmodi ar-
tes maleficaruʒ innituntur: licet ſit bona ſm̄
naturam. quia habet eſſe et illud omnia appe-
tunt vt cuilibet intuenti patet. Item non eſt
intellectus bene diſpoſiti familiarem eſſe ſce
leratis et eis patrociniū exhibere et non qui-
buſdam virtuoſis. Huius autem operibus
maleficoruʒ vtuntur homines ſcelerati quia
a fructibus eorū cognoſcuntur. Auxilio au
tem ſubſtantiarum orbes mouentium: in bo
num quelibet creatura inclinatur a natura.
licet corrumpatur per accidens ſepe. ergo il-
le ſubſtantie non poſſunt eſſe originalis cau
ſa maleficaꝝ. Preterea intellectus bene diſpo
ſiti eſt reducere homines in ea que ſunt ho-
mini propria bona que quideʒ ſunt bona ra
tionis. abducere ergo ab iſtis et ꝑtrahere ad
alia minima bona eſt intellectus indecenter
diſpoſiti. Per huius autem artes non adipi
ſcuntur homines aliquem profectum in bo-
nis rationis que ſunt ſcientie et virtutes ſed
in quibuſdam minimis vt ſunt deprehenſi-
ones et exercitia latronum et mille nocumen
torum. ergo origo non eſt a ſubſtantijs ſepa-
ratis ſed ab aliqua alia virtute non bene diſ-
poſita ſcd̄m virtutem. Preterea non eſt bene
diſpoſitus ſm̄ intellectuʒ qui per aliqua ſce
lera cōmiſſa prouocatur ad auxiliuʒ alicui fe
rendum. Hoc autem fit in iſtis artibus ma-
leficorum. nam vt patebit in executione ha-
rum fidem abnegant innocentes pueros oc-
cidunt. Subſtantie enim ſepate que ſunt or
bium motores: propter ſuam bonitateʒ non
his maleficijs auxiliū preſtant. Concluden-
do ꝙ huiuſmodi artes ſicut nō poſſunt a cor
poribus celeſtibus ita nec ab eorū motoribꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oꝛiri. et cū neceſſe habent oꝛiri ex aliqua vir-
tute alicui creature collate. et illa etiā non po
teſt eſſe bona ſcōm voluntatē. licet ſit bona
ſcōm naturā. et huiuſmodi creature ſint ipſi
demones: relinquitur ꝙ eoꝝ virtute huiuſ-
modi fiant niſi foꝛtaſſis adhuc obſtat friuo-
la eſtimatio ꝙ ex hominū malicia concurren
te ſuper maleficoꝝ verba cōminatoꝛia ⁊ ima
gines repoſitas ad certū locū virtute quadā
ſtellarū ſequerentur. vt verbi gratia: quando
maleficus diceret imaginē aliquā reponen-
do. faciā te cecam aut claudā et hoc eueniret.
Tunc ideo eueniret ꝙ talis a ſua natiuitate
ex virtute ſtellarū ſoꝛtiretur pre ceteris homi
nibus talem virtutē. quantūcunqꝫ alij talia
verba pꝛoferrent et eſſent inſtructi per diſci-
plinam ad pꝛoferendū. adhuc tñ efficaces in
huiuſmodi operibꝫ eſſe non poſſent. Ad que
ſingula reſpondendo declarabitur. Pꝛimo
ꝙ ex malicia hoīm huiuſmodi effectus cau-
ſari non poſſunt. Secundo ꝙ nec ex vocibꝫ
quoꝛūcunqꝫ hominū concurrente quacunqꝫ
conſtellatōe etiā ad quaſcūqꝫ imagines.

Et pꝛimo ꝙ non ex malicia quantū-
cunqꝫ hūana poſſint oꝛiri hmōi male
ficoꝛū opera ſic declaratur. Nam ma
licia hoīs ſiue ſit habitualis inquantū quis
ex frequentatis actibus acquirit habitū in-
clinantē ad perpetrandū peccata nō ex igno
rantia nec infirmitate. vnde cenſetur peccare
ex malicia. Vel ſit actualis malicia que dicit̄
ipſa mali electio que etiā ponitur peccatū in
ſpiritū ſanctū. nunqꝫ poteſt circa ipſum ma-
leficū tantū efficere ꝙ talia opera vt ſunt im-
mutatōnes elementoꝝ ⁊ leſiones circa coꝛpo
ra indifferenter hominū et iumentoꝛū abſqꝫ
aſſiſtentia alicuius altioꝛis virtutis pꝛoueni
ant quod declaratur pꝛimo ex parte cauſe. ſe-
cundo ex parte effectus maleficialis. Nam ħ
quod non poteſt homo efficere abſqꝫ malicia
puta per ſua naturalia imminuta: minus po
teſt per ipſa naturalia iam diminuta. Patet
cū iam ſit virtus actiua etiā diminuta. Sed
homo per peccata qualitercunqꝫ per malitiā
cōmiſſa diminuitur in bonis naturalibus. ꝓ
batur auctoꝛitate et ratione. Nam Dio. iiij.
ca. de diui. no. dicit. Malū eſt defectus natu
ralis habitudinis. et loquitur de malo cul-
pe. Unde et nemo noſcens malū operatur il-
lud: quod ſi operatur ex defectu operat̄. Ra-
tio ſic. Sicut ſe habet bonū gratie ad malū
nature ita ſe habet malū culpe ad bonū natu
re. ſed per gratiā diminuitur malū nature vt
fomes qui eſt inclinatio ad culpam. ergo per
culpam a foꝛtioꝛi diminuitur bonum natu-
re. Nec obſtatur ſi dicatur de faſcinatōe que
interdū pꝛocuratur ex inuultuatione ſeu in-
ſpectione alicuius vetule malicioſe puerum
aſpicientis vnde puer immutatur et faſcina-
tur. quia ſicut ſupꝛa tactū eſt: hoc tantūmo-
do contingere poteſt circa pueros pꝛopter te
nerā ꝯplexionē. Hic autē loquimur de coꝛ-
poꝛum quoꝛūcunqꝫ hominū et iumentoꝛū
ac etiā elementoꝝ ad grandiues immutatio-
nes. Si quis velit latius intelligere: inſpici
et doctoꝛē ſanctū in queſtionibus de malo.
Utrū peccatū poſſit coꝛrūpere totū bonū na
ture. ⁊c̄. Ex parte deniqꝫ effectuū maleficiali
um declaratur. Nā ex effectibus deuenitur
in cognitionē cauſe. Unde ſicut illi effectus
quo ad nos qui fiunt pꝛeter oꝛdinē nature
create nobis note per virtutē creature nobis
ignote. licet non ſint pꝛopꝛie miracula ſicut
illa que fiunt pꝛeter oꝛdinē totius nature cre
ate qualia ſm̄ poteſtatē operatur ille qui eſt
ſupꝛa omnē oꝛdinē totius nature create qui
eſt deus benedictus: ſcōm quā acceptionē di
citur. Tu es qui facis mirabilia magna ſo-
lus. ita et maleficiales effectus dicuntur mi-
raculoſi inquantū fiunt ab aliqua cauſa no-
bis ignota et pꝛeter oꝛdinē nature create no-
bis note. Ex quibus elicitur ꝙ virtus coꝛ-
poꝛalis hoīs ad huiuſmodi opera cauſan-
da nō ſe extendere poteſt que ſemper hoc ha-
bet vt cauſa cum ſuo effectu naturali nota ſit
naturaliter abſqꝫ admiratione. et ꝙ effectus
maleficiales poſſunt aliquo modo dici mira
cula inquantū noticiā humanā excedunt pa
tet ex ſe ipſis cum naturaliter non fiunt. patꝫ
et per om̄es doctoꝛes. pꝛeſertim Auguſtinū.
in li. lxxxiij. q. vbi dicit. Ex magicis artibus
fiunt miracula plerūqꝫ ſimilia illis miracu-
lis que fiunt per ſeruos dei. Et iterū in codē
dicit. Magi faciunt miracula per pꝛiuatos
contractus. boni chꝛiſtiani per publicā iuſti
ciam. mali chꝛiſtiani per ſigna publice iuſti-
cie que omnia ſic declarantur. Nam iuſticia
diuina eſt in toto vniuerſo ſicut lex publica
in ciuitate. Uirtus autē creature cuiuſlibet
in vniuerſo ſe habet vt virtus alicuius pꝛi-
uate perſone in ciuitate. Ideo boni chꝛiſtia-
ni inquantū per diuinā iuſticiā miracula fa-
ciunt dicuntur facere miracula per publicā
iuſticiā. Magus autē quia operatur ex pa-
cto inito cū demone: dicitur operari per pꝛi-
uatum contractū quia operatur per demonē
qui ſua naturali virtute poteſt facere aliquid
pꝛeter oꝛdinē nature create nobis note ꝑ vir-
tutem creature nobis ignote. et erit miraculū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quo ad nos ſed non ſimpliciter. quia nõ poteſt operari preter ordinẽ totius nature create et ꝑ omẽs virtutes creaturarũ nobis ignotarum. Sic eñi ſolus deus dicitur facere miracula. Iuxta illud. Tu es deus qui facis mirabilia magna ſolus. Mali autez chriſtiani faciunt per ſigna publice iuſticie. ſicut inuocando nomẽ chriſti vel exhibendo aliqua ſacramẽta. ſi cui placet inſpiciat ſanctũ Tho. in prima parte. q. cxi. ar. iiij. poteſt etiã attendere ea que in ſecunda parte operis. c. vi. deducẽtur inferius. Conſequenter ꝙ nec ꝑ voces et verba cõcurrente virtute ſtellaꝝ.

Demum ꝙ nec ex vocibus quorũcunqȝ hominũ cõcurrente quacunqȝ conſtellatione ſuper quaſcũqȝ imagines. Nam cum intellectus hoĩs huius diſpoſitionis eſt ꝙ eius cognitio ex reb⁹ cauſatur cũ intelligentez neceſſe ſit fantaſmata ſpeculari. Non eſt eius conditio ꝙ ex ſua conceptione ſeu intellectuali operatõne intrinſeca vbi illam ſolam per verba exprimeret res ab extra habeat cauſare. aut ꝙ conceptio intellectus expreſſa per verba haberent corpora immutare. Tales eñi hoĩes qui talem haberent virtutem nõ eſſent nobiſcũ vnius ſpeciei: ſed equiuoce dicerentur hoĩes. Preterea. ſi dicatur ꝙ illa efficiunt per verba cõcurrente virtute ſtellaꝝ a natiuitate vnde contingit ꝙ pre ceteris hominib⁹ dum ꝓferunt verba ꝙ per illa aliquid efficiunt cum tamen alij etiã ꝓferentes eadẽ non poſſent aliquã tranſmutationẽ efficere: quia virtus ſtellarũ a natiuitate eis non deſeruit. Patet ex precedentib⁹ illa eſſe falſa ex reprobatione triũ erroꝝ. planetariorum. genetaliacoꝝ. et fatalem ordinẽ ponentium. Preterea cum verba exprimũt mentis conceptũ. et corpora celeſtia non poſſunt imprimere intellectũ nec etiaz coꝝ motores niſi per ſe abſqȝ motione corpoꝝ celeſtiũ intellectum vellent illuminare et hoc ſolũmodo fieret ad opera bona. quia ad mala perpetranda nõ illuminatur intellectus ſed obumbratur ꝙ non eſt officiũ bonoꝝ ſpirituũ ſed malorum. Ideo patet ꝙ ſi verba coꝝ aliquid efficiũt hoc nõ eſt vigore alicuius corpis celeſtis ſed aſſiſtentia alicuius virtutis intellectiue que etiã et ſi ſit bona ſcd̃m naturaz non tñ poteſt eſſe bona ſcd̃m voluntatẽ inquantum ſemper ad malũ machinatur. et talis erit demon vt ſupra oſtenſum eſt. Et ꝙ nec per imagines poſſint talia efficere quaſi corpora celeſtia ſuper ipãs aliquid influerent quia hmõi imagines quantũcunqȝ caracterib⁹ et figuris ſint inſignite ſunt effectus hominis operantis per artem. Celeſtia autẽ corpora effectus cauſant naturales cuiuſmodi non ſunt effectus maleficoꝝ qui dicuntur maleficiales. vtpote in malũ creaturaꝝ preter conſuetum ordinẽ nature ꝓſilientes: vnde nihil ad ꝓpoſitum. Preterea ſupra oſtenſum eſt etiã ꝙ duplices ſunt imagines. aſtrologice et magice. que etiã ad bonum aliquod priuatũ obtinendum et non ad corruptionẽ ordinantur. Maleficoꝝ aũt imagines ſunt om̃ino alterius cum ſemꝑ ad nocumentũ creaturaꝝ et ex demonũ iuſſu ad aliquẽ locum occulte reponuntur vt deſuper ambulantes aut dormientes ledantur vt ipſe malefice fatentur. vnde et ab ipſis demonibus efficiunt quicquid cauſant et non ex corpoꝝ celeſtiũ influentijs. Ad argumenta. Ad primũ dictum Auguſtini eſt intelligendũ ꝙ cauſa deprauatõis hominis redit ad hoĩs voluntatẽ ſicut ad cauſam effectuz perficientẽ. que ꝓprie dicitur eſſe cauſa. non ſic aũt eſt cauſa effectũ ꝑmittentez vel diſponentẽ vel conciliantẽ aut precipiẽtem quibus modis ſcz conciliatiue. diſpoſitiue. et preceptiue diabolus dicitur cauſa peccati et deprauatõnis. Deus aũt ſolũmodo ꝑmiſſiue qui mala permittit ꝓpter bona. Iuxta Auguſtinũ in ench. Diabolus aũt diſponit interius ſuggerendo ꝑſuadit interius et exterius acrius ſtimulando. Precepit autez his qui ei totaliter ſe ſubdiderunt vt ſunt malefici quibus non eſt opus interius inſtigari ſed tm̃ exterius ⁊c. Et per hoc etiã ad ſecunduz ꝙ quilibet eſt cauſa ſue malicie directe intelligendo. et ad probatõnes patet eadem reſponſio. quia licet repugnat libero arbitrio moueri per modũ ꝑcipientis: non aũt per modum diſponentis. Ad terciũ. Motus ad virtutes aut ad vicia diſpoſitiue poſſunt cauſari ab influentijs corpoꝝ celeſtiuz. et capitur motus pro quadã naturali inclinatõne ad virtutes humanas et vicia. opera aũt maleficoruz q̃ excedunt cõmunem ordinẽ nature. ideo illis influentijs ſubiacere non poſſunt. Ad quartum idem patet. quia ſunt cauſe humanoruz actuũ corpora celeſtia. ſed illa opera nõ ſunt humanitus adinuenti. Ad quintũ ꝙ motores orbium poſſint imprimere in animas ſi intelligatur immediate ſic imprimũt illuminando ad bonum et non ad maleficia vt ſupra tactũ eſt. Si autem intelligatur mediate tunc iuxta influentiã corpoꝝ celeſtiũ imprimunt indirecte et diſpoſitiue. Ad ſextuz. hoc ꝙ demones ſ̃m certa augmenta lune homines vexant. ꝯtingit ꝓpter duo. Primo quidẽ

ad hoc vt infament creaturam dei ſcꝫ lunam
vt Hiero⁹. et Criſoſto. dicunt. Secundo qꝛ
cum nõ poſſint opari niſi mediantibꝫ natura
libus virtutibꝫ vt ſupra dictũ eſt. Ideo con=
ſiderant corpoꝝ aptitudines ad effectus in=
ducendos et qꝛ cerebrũ eſt humidiſſimũ oĩm
ꝑtium corporis vt Ariſto. dicit et naturales
omnes. Ideo maxime ſubijcitur operatõi lu
ne que ex ſua ꝓprietate habet mouere humo=
res. In cerebro autẽ ꝑficiuntur vires aĩales.
Et ideo demones ſᷠm certa augmenta lune
ꝑturbant hoĩs fantaſiam quando ꝯſiderant
cerebrũ ad hoc diſpoſitũ. Ad aliud ꝙ demo=
nes aduocati in certis ꝯſtellatõibꝫ aduenĩũt
faciũt ꝓpter duo. Primo vt hoĩes in hunc er
rorem inducant ꝙ credunt aliqͦd numen eſſe
in ſtellis. Scdͦo qꝛ ꝯſiderant ſᷠm aliquas cõ
ſtellationes materiam corꝑalem magis eſſe
diſpoſitã ad effectus pro quibus aduocant̃.
Ad terciũ ꝙ ſicut dicit Aug⁹. xxxvi. de ciui.
dei. Per varia genera lapiduꝫ herbaꝝ ligno=
rum aĩalium carminũ et inſtrumentoꝝ mu=
ſicorum demones alliciuntur nõ vt anima=
lia cibis ſed vt ſpũs ſignis inquantũ ſcꝫ hec
eis exhibentur in ſignum diuini honoris cu
ius ipſi ſunt cupidi. Tamen quia ſepe obijci
tur ꝙ demones poſſunt impediri ꝑ herbas
et armonias a vexatione hoĩm vt in argumẽ
to allegatur de ſaul ꝑ armoniã citharis. Un
de nituntur defendere ꝙ aliqui poſſent effe=
ctus maleficiales ꝓducere ꝑ certas herbas ⁊
occultas cauſas abſqꝫ auxilio demonũ tan=
tũmodo ex influentia corporũ celeſtium que
plus poſſunt imprimere in hmõi res corpo=
rales ad effectus corꝑales quã in ipos demo
nes ad ꝓducendum hmõi effectus maleficia
les. Ideo latius cum ſit reſpondendũ eſt ad=
uertendum ꝙ herbe vel armonie nõ poſſunt
ſua naturali virtute totaliter excludere vexa
tionem qua diabolus poſſit hoĩem vexare ſi
ſibi ꝑmitteret̃ a deo vel angelis bonis. poſ=
ſunt tñ illam vexationẽ mitigare et ita parua
poſſet eſſe vexatio illa ꝙ poſſent eam penitus
excludere. ſꝫ hoc facerent nõ agendo in ipm
demonẽ cum ſit ſpũs ſeꝑatus in quẽ non po=
teſt naturaliter agere quodcunqꝫ corpus. ſed
agendo in ipm vexatũ a demone. Omnis eñi
cauſa limitate virtutis ꝓducere poteſt effe=
ctum intenſiorẽ in materiam diſpoſitã q̃ꝫ non
diſpoſitam. cui ⁊ conſonat illud philoſophi
ij. de anima. Actus actiuoꝝ ſunt in patiente
prediſpoſito. Demon aũt eſt agens limitate
virtutis. ergo vexationẽ intenſiorem facere
poteſt diabolus in hoĩe diſpoſito ad illã ve=
xationem ſiue ad illud ad qͦd diabolus intẽ=

dit adducere quam in homine diſpoſitionis
cõtrarie. Puta diabolus poteſt vexare inten=
ſius paſſione melancolica hominẽ diſpoſitũ
ad illam quã hoĩem contrarie diſpoſitionis
Certum eſt autem ꝙ herbe et armonie mul=
tum poſſunt immutare diſpoſitionẽ corpo=
ris. et ex ꝯſequenti motus ſenſualitatis. hoc
patet de herbis cum quedam inclinant ad le
ticiam quedaꝫ ad triſticiã. et ſic de alijs. Hoc
etiam patet de armonijs ꝑ phm. viij. pollit.
vbi vult ꝙ diuerſe armonie habent ꝓuocare
diuerſas paſſiones in homine. Hoc etiam re
fert Boetius in muſica ſua. Et autor de or=
tu ſcientiarũ vbi loquens de vtilitate muſice
dicit. ꝙ valet ad curandum vel alleuianduꝫ
diuerſas infirmitates. Et ita patere poteſt ꝙ
ceteris paribus fit vexatio debilior. Non au
tem video quomodo herbe vel armonie poſ=
ſint in homine diſpoſitionẽ aliquam cauſa=
re ꝓpter quam homo nullo modo poſſet a de
mone vexari ſi tamen ꝑmitteretur. quia dia=
bolus mouendo ſolum motu locali vapores
et ipſos ſpiritus inordinato motu poſſet ho=
minem multum vexare. Herbe auteꝫ vel ar=
monie nullam diſpoſitioneꝫ cauſare poſſent
in homine ſua naturali virtute per quam ꝓ=
hibetur demon predictã cõmotionem facere
Contingit tamen quandoqꝫ ꝙ diabolo non
ꝑmittitur hominem vexare niſi vexatõne ita
parua ꝙ ꝑ aliquam fortem diſpoſitioneꝫ ad
contrarium tolleretur totaliter. et tunc alique
herbe vel armonie poſſent corpus hominis
ita ad contrariũ diſponere ꝙ illa vexatio to=
taliter ammoueretur. Vbi gratia. Diabolus
quandoqꝫ poſſet hoĩem vexare vexatione tri
ſticie ita debiliter ꝙ per aliquas herbas vel
armonias que haberent cauſare dilatationẽ
et diffuſionẽ ſpirituum qui ſunt motus cõ=
trarij triſticie totaliter ammouertur illa triſti
cia. Qꝫ aũt Aug⁹. li. ij. de doctri. chriſtia. con
demnat ligaturas et quedam alia de quibus
ibi diffuſius ſcribit hoc attribuens arti ma=
gice. hoc eſt quantũ ad illud ꝙ non poſſunt
ex ſua naturali ꝟtute. quod patꝫ ex hoc ꝙ di
cit ſic. Ad hoc genus ꝑtinent omnes ligatu
re atqꝫ remedia que medicoꝝ condemnat di=
ſciplina. In quo ſatis patet ꝙ illa cõdemnat
quantũ ad vſum reſpectu cuius non habent
aliquã efficaciã ex ſua naturali virtute. Quã
tum aũt ad illud quod. i. Regum. c. xvi. habe
tur. Qꝫ ſaul qui vexabatur a demone alleuia
batur quando dauid cytharam ꝑcutiebat co
ram eo et ꝙ ſpũs malus recedebat ⁊c̃. Sci=
endum ꝙ bene verum eſt ꝙ per tactũ cythare
virtute naturali illius armonie alleuiabatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliquantulum afflictio ſaulis inquantum il-
la armonia aliqualiter dulcorabat appetituʒ
eius per auditum: per quam dulcorationem
reddebatur minus aptus ad illam vexatio-
nem. Sed ꝙ ſpiritus malus recederet quan
do dauid cytbariſabat hoc erat propter vim
crucis quod ſatis expreſſe dicitur in glo. vbi
ſic dicit. Erat dauid in canticis muſicis eru
ditus diuerſorum ſonoruʒ rationabilis mo-
deratuſqꝫ cōcentus. Unitatem eſſentie ſigni
ficat que varijs modis quotidie reſonat. Da
uid malignum ſpiritum in cythara compe-
ſcuit: non quia tanta eſſet vis in cythara ſed
in ſigno crucis qui in ligno crucis et corda-
rum extenſione id eſt venaruʒ gerebatur que
iam tunc demones effugebat.

Sequitur quo ad ipſas maleficas de-
monibus ſe ſubijcientibus. Et eſt ſexta
quo ad queſtionē ⁊ ſecundum membrū.

Pro tercia et annexa difficultate q̄
ad ipſas maleficas demonibus ſe
ſubijcientibus plura ſuper modū
aggrediendi huiuſmodi ſpurciti-
as poſſunt difficultari. Primo ex ꝑte demo-
nis et corporis ab eo aſſumpti ex quo elemē-
to ſit illud formatum. Secundo ex parte a-
ctus. an ſemper cum infuſione ſeminis ab al-
tero recepto. Tercio ex parte temporis et loci
an potius in vno tempore q̄ꝫ in altero exerce-
at. Quarto an viſibiliter quo ad circumſtan
tes ſe agitat. Ex parte mulierum an tantum-
modo ille que ex huiuſmodi ſpurcicijs pro-
creantur a demonibus frequentantur. Se-
cundo an ille que ab obſtetricibus tempore
partus demonibus offeruntur. Tercio an re
miſſior ſit in talibus ipſa venerea delectatio:
Ad que omnia ad preſens cum nō ſit reſpon
dendum eo ꝙ tantūmodo generalitati ſtude
mus. ⁊ in ſecunda parte operis illa ſingula ꝑ
eorum opera explanantur vt patebit in quar
to capitulo vbi de ſingulis modis fiet men-
tio. ideo ad ſecundum principale tendamus
Et primo cur in tam fragili ſexu hoc genus
ꝑfidie inuenitur amplius q̄ꝫ in viris. Et erit
queſtio prima generalis quo ad conditōnes
generales mulierum. Secunda ſpecialis cu
iuſmodi mulieres amplius inueniuntur ſu-
perſtitioſe ⁊ malefice. Tercia ſingularis quo
ad ipas obſtetrices que oēs alias in malicia
excedunt.

Quo ad primum. cur in ſexu tam fra-
gili mulierum maior multitudo ma-
leficarum reperitur q̄ꝫ inter viros. et
quidem in contrarium argumenta deduce-
re nō expedit: cum ipſa experientia preter ver
borum et fidedignorum teſtimonia talia fa-
cit credibilia. Dicamus ſexum non deſpici-
endo in quo deus ſemper magna fecit fortia
vt confundet. ꝙ diuerſe a diuerſis ſuper hec
aſſignantur rationes. Semꝑ tamen in prin
cipali concordantes. vnde et pro mulierum
auiſamento ipſa materia bene eſt predicabi-
lis affectantqꝫ audire vt experientia ſepe do-
cuit dūmodo diſcrete proponatur. Nam ali
qui doctores hanc rationem tradunt. Dicūt
enim tria eſſe in rerum natura. lingua. eccle-
ſiaſticus et femina. que medium in bonitate
aut malicia tenere neſciunt. ſʒ vbi limites ſue
conditionis excedunt. ibi quendam apicem
et ſupremum gradum in bonitate aut mali-
cia vendicant. In bonitate quidem quando
a bono reguntur ſpiritu vnde ⁊ optima ſunt
In malitia vero quando a malo ſpiritu regū
tur vnde et peſſima efficiunt. De lingua eniʒ
patet cum eius miniſterio plurima regna fi-
dei chriſtiane ſunt ſubiugata vnde et apoſto
lis chriſti in igneis linguis ſpirituſſanctus
viſus eſt. Patet et in alijs ſapientibus predi
catoribus quotidie lingua canum vulnera ⁊
vlcera languentis lazari lingentes. Iuxta il
lud. Lingua canum tuoruʒ ex inimicis ani
mas eripientes. Unde et dux et pater predi-
catorum ordinis in figura catuli latrantis
et accenſam faculam in ore geſtantis premon
ſtratus eſt vt ſuo latratu vſqꝫ in preſens ha-
beat lupos hereticos arcere a gregibus oui-
um chriſti. Patet et ex quotidiana experien-
tia ꝙ vnius viri prudentis lingua interduʒ
infinitorum hominum ſtrages prepeditur.
propter que non immerito in eius cōmenda-
tionem Salomon ꝓuerb. decimo. plura ce-
cinit. In labijs ſapientis inuenitur ſapien-
tia. Et iterum. Argentum electum lingua iu
ſti: cor impiorum pro nihilo. Iterum Labia
iuſti erudiunt plurimos: qui autem indocti
ſunt in cordis egeſtate morient. Cuius cau-
ſa ibidem. xvi. ſubditur. quia hominis eſt p̄-
parare animum et deum gubernare linguā.
De mala vero lingua inuenies Ecci. xxviij.
lingua tercia multos cōmouit et diſperſit il-
los a gente in gentem. ciuitates munitas de-
ſtruxit. et domos magnatoruʒ effodit. Et di-
citur lingua tercia eorū qui inter duas par-
tes contrarias incaute vel maculoſe loquit.
De ſecūdo ſcʒ eccleſiaſticis intellige clericos
et religioſos in vtroqꝫ ſexu. Criſo. ſuꝑ illud.
Eiecit vendētes et ementes de tēplo. Sicut

omne bonum a ſacerdotio ita omne malum
ab eo egreditur. Hiero⁹ in ep̄la ad Nepocia
num. Negociatorē clericū ex inope diuitem
ex ignobili glorioſum quaſi quandā peſtem
fuge. Et beatus Bernardus Omel. xxiij. ſu
per Cant. loquēs de clericis dicit. Si inſur
geret apertus hereticus mitteret foras ⁊ arc=
ſceret. ſi violentus inimicus abſconderent ſe
forſitan ab eo boni. Nūc vero quomō abij=
cient aut quo abſcondent ſe. Omnes ami=
ci et tamen omnes inimici omnes domeſti=
ci et nulli pacifici omnes proximi et omnes
que ſua ſunt querunt. Et alibi noſtri prelati
facti ſunt pilati. noſtri paſtores facti ſunt tō=
ſores. Et loquitur etiā de prelatis religioſo=
rum qui onera grauia inferioribꝫ imponunt
digito aūt ſuo minimo nō tangerent. Et gre
go. in paſto. dicit. Nemo amplius in eccleſia
nocet ꝙ qui ꝑuerſe agens nomen vel ordinē
ſanctitatis habet: delinquentē nanqꝫ hunc re
darguere nullus preſumit. et in exemplū cul
pa vehementer extenditur qn̄ pro reuerentia
ordinis peccator honorat̄. De religioſis etiā
dicit beatus Aug⁹. ad Vincentiū donatiſtā.
Simpliciter fateor charitati veſtre corā do=
mino deo noſtro qui teſtis eſt ſuper animam
meā ex quo deo ſeruire cepi quoniā difficile
ſum expertus peiores ſicut et nō meliores ꝙ
qui in monaſterijs defecerunt aut ꝓfecerunt
De mulierum vero malicia diſſeritur. Ecci.
xxv. Non eſt caput nequius ſuꝑ caput colu=
bri. et nō eſt ira ſuper iram mulieris. Cōmo=
rari leoni ⁊ draconi pl⁹ placebit ꝙ habitare
cū muliere neqꝫ. Et inter plura que ſequnt̄ ⁊
p̄cedunt ibidem de muliere nequam ꝯcludit
Breuis eſt omnis malicia ſuꝑ maliciā muli=
eris. Hinc Criſoſto. ſuꝑ Matth. xix. Nō ex
pedit nubere. Quid aliud eſt mulier niſi ami
cicie inimica. ineffugabilis pena. neceſſariū
malū. naturalis tentatio. deſiderabilis cala=
mitas. domeſticū ꝑiculum. delectabile detri=
mentum. malū nature bono colore depicta:
ergo ſi dimittere illam peccatū eſt cum opor
tet tenere iam vere tormentū neceſſarium eſt:
vt aut dimittentes adulteria faciamus aut q̄
tidianas pugnas habeamus. Tullius deni=
qꝫ. ij. rhetorice dicit. Viros ad vnūquodqꝫ
maleficium ſingule id eſt plures cupiditates
impellūt. mlīeres ad oīa maleficia cupiditas
vna ducit. muliebriū eni vicioꝝ oīm funda=
mentū ē auaricia. et Sene. in ſuis tragedijs
Aut amat aut odit mulier nihil terciū dediſ=
ſe eſt: flere feminā eſt mendaciū. Duo genera
lachrymaꝝ habentur in oculis feminaꝝ. ve
ri doloris vnum. inſidiarū aliud. mulier cū
ſola cogitat mala cogitat. De bonis aūt mu=
lieribus tanta laus eſt vt etiā beatificaſſe vi=
ros legantur et ſaluaſſe gentes terras ⁊ vrbes
Patet de Judith Delbora et Heſter. Hinc
ap̄lus. i. Corinth. vij. Siqua mulier habet
virum ⁊ hic conſentit habitare cum illa non
dimittat virum: ſanctificatus eſt eni vir infi=
delis per mulierē fidelem. Ideo Ecci. xxvi.
dicit̄. Mulieris bone beatus vir numerus
eni annoꝝ duplex. Multa ibi narrat lauda=
biliſſima ꝑ totum pene capitulū de excellen=
tia bonarum. Et ꝓuerb. vlti. Ve mulieri for
ti. que omnia etiā in nouo teſtamento in femi
nis claruerunt vt in virginibus et alijs ſan=
ctis feīs que ꝑfidas gentes et regna ab ido=
latrie cultu ad chriſtianā religionē deduxe=
runt. Siquis inſpicere velit Vinc. in ſpe.
hiſto. li. xxvi. c. ix. de regno vngarie per gil=
lam chriſtianiſſimā. Et de regno francorum
per lothlidē virginē et clodoueo deſponſatā
inſpiciat ⁊ mira inueniet. Unde quecūqꝫ vi=
tuperatōes legunt̄ in ꝯcupiſcentiā carnis in
terptari pn̄t vt ſꝑ mulier ꝓ carnis ꝯcupiſcen
tia intelligatur. Juxta illud. Inueni amari=
orem morte mulierē. et bona mulier ſubiecta
carnis ꝯcupiſcentia. Sunt et alij alias rōes
aſſignātes cur in maiore multitudine reꝑian=
tur femine ſuperſtitioſe ꝙ viri. et dicunt eſſe
tres cauſas. Prima eſt. qꝛ prone ſunt creden
dum. et qꝛ principaliter demon querit corrū
pere fidem. ideo potius eas aggredit̄. Vn̄ et
Ecci. xix. Qui cito credit leuis eſt corde ⁊ mi
norabitur. Scd̄a cauſa eſt qꝛ a natura ꝓpter
fluxibilitatē ꝯplexionis faciliores ſunt imp̄ſ=
ſionis ad reuelatōes capiendas ꝑ imp̄ſſionē
ſeꝑatoꝝ ſpirituū qua ꝯplexione etiā cū bene
vtuntur multū bone ſunt: cum male peiores
ſunt. Tercia cauſa qꝛ lubricā habent linguā:
et ea que mala arte ſciūt eis ꝯparibꝫ feminis
vix celare poſſunt. ſecꝫ occulte cū vires non
habeant ꝑ maleficia vindicare querunt: facili
ter. Vn̄ Ecci. xxv. vt ſupra. Cōmorari leoni
et draconi plus placebit ꝙ habitare cū muli
ere nequā. breuis omnis malicia ſuꝑ maliciā
mulieris. Item poteſt et addi illa cum fluxi=
biles ſunt ideo citius pueros demonibꝫ of=
ferre poſſunt ſicut et faciunt. Sunt et tercij
alias rōnes aſſignantes quas predicatores
caute debent ꝓponere et dicere. ꝙ licet in vete
ri teſtamento ſcripture vt plurimū mala lo=
quantur de mulieribus et hoc ꝓpter primam
preuaricatricē mulierē ſcilicet euam et imita
trices eius tamen ex poſt in nouo teſtamen=
to propter mutationē nominis vt eua in aue
Et vt ait Hieronymus. Totū quod intulit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mali maledictio eue: totum abſtulit benedi=
ctio marie. Unde plurima et ſemper laudabi
lia ſunt de ipſis predicanda. Sed qꝛ adhuc
modernis tpibus hec pfidia amplius in mu
lieribus q̃ȝ in viris inuenitur vt ipſa experi=
entia docet. curioſius cauſam inueſtigando
vltra premiſſa dicere poſſumus qꝫ in omib9
viribus tam anime q̃ȝ corporis cū ſint defe=
ctuoſe non mirū ſi plura maleficia in eos q̃s
emulantur fieri procurant. quantū eni ad in
tellectum ſeu ad intelligendū ſpiritualia al=
terius videntur eſſe ſpeciei a viris cui aucto=
ritas et ratio cum varijs ſcripture exemplis
alludit. Therentius ait. Mulieres ferme vt
pueri leui ſententia ſunt. Et Lactantius. iij.
inſtitutionū. Nunq̃ȝ aliquā mulierē philo=
ſophiam ſciuiſſe niſi temeſtes. Et Prouerb.
xi. quaſi deſcribens mulierē dicit. Eſt circu=
lus aureus in narib9 ſuis: mulier pulcra ꝛ fa
tua. Ratio naturalis eſt. quia plus carnalis
viro exiſtit vt patet in multis carnalib9 ſpur
citijs. qui etiā defectus notantur in formati=
one prime mulieris cum de coſta curua for=
mata fuit id eſt de coſta pectoris que eſt tor=
ta et quaſi ꝯtraria viro. Ex quo defectu etiaȝ
procedit qꝫ cum ſit animal imperfectū ſemꝑ
decipit. Propter quod ſemꝑ decipit Catho
inſtruit: inſidias lachrymis ꝛc̄. et illud. Duȝ
femina plorat: viruȝ decipere laborat. Patet
in vxore Sampſonis que multū infeſtans
cum ad declarandū ſibi probleuma ꝓpoſituȝ
ſodalibus ab eo expoſituȝ eis reuelauit et ſic
decepit. Patet et in prima muliere qꝫ ex natu
ra minorē habent fidē cum dixit ſerpenti in=
terroganti. quare non ederent de omi ligno
paradiſi. reſpondit. de omī ꝛc̄. ne forte mori
amur in quo oſtendit ſe dubitare et nō fidem
habere ad verba dei que omīa etiā ethimolo
gia nois demonſtrat. Dicitur eni femina fe. ꝛ
minus. quia ſemper minorē habet et ſeruat fi
dem et hoc ex natura quo ad fidelitatē. licet
ex gratia ſimul et natura fides in beatiſſima
virgine nunq̃ȝ defecerat cum tamen in omi=
bus viris defeciſſet temꝑe paſſionis chriſti.
Mala ergo mulier ex natura cū citius in fi=
de dubitat etiā citius fidem abnegat quod eſt
fundamentū in maleficiis. Quantum deniq̃ȝ
ad aliam potentiā anime ſcilicet voluntateȝ.
ex natura cum odit aliquē quem prius ama=
uit tunc eſtuat per iram et impatientiā. et ſi=
cut maris eſtus ſemper bulit ꝛ currit: ſic talis
eſt tota impatiens. Alludit huic rationi au=
ctoritas diuerſa Ecci. xxv. Non eſt ira ſuꝑ
iram mulieris. Et Sene. traged. viij. Nul=
la vis flamme tumidiq̃ȝ venti tanta nec teli
metuenda torti quanta cum coniunx viduā=
ta tedis ardet et odit. patet in muliere que fal
ſe accuſauit ioſeph et incarcerare fecit qꝛ no=
lit ſibi in ſcelus conſentire adulterij. Geneſ.
xxx. Et reuera potiſſima cauſa deſeruiens in
augmentū maleficaꝝ eſt doloroſum duelluȝ
inter maritatos et non maritatas feminas et
viros. immo et inter ipſas feminas etiā ſan=
ctas: quid tunc de ceteris. Uides eni in Ge=
neſi. quanta fuit impatientia et inuidia ſare
ad agar poſtq̃ȝ concepit. Geneſ. xxi. Quan=
ta Rachel ad Lyam propter filios quos nō
habebat Rachel Geneſ. xxx. Quanta anne
ad fenennam fecundā ipſa ſterili exiſtente. i.
Regum. i. Quanta marie ad Moiſen. Nu=
meri. xij. Unde murmurauit et detraxit mo
iſi ꝓpter quod et lepra percuſſa. Quanta mar=
the ad magdalenā ipſa ſedente et martha mi
niſtrante. Luce. x. Unde et ecci. xxxvij. Tra
cta cum muliere de his que emulatur. quaſi
dicat. non eſt tractandū cum ea quia ſemper
emulatio id eſt inuidia eſt in mala muliere.
Et que inter ſe ſic agitantur quanto magis
aduerſus viros. Quare etiā vt narrat Uale=
rius. Foroneus rex grecoꝝ die qua mortu=
us eſt dixit Leoncio fratri ſuo. ad ſummā fe
licitatē nihil mihi deeſſet ſi mihi ſemꝑ vxor
defuiſſet. Cui leoncius. Et quomodo vxor
obſtat felicitati: Et ille. Mariti hoc oēs ſci=
unt. Et Socrates phus interrogatus ſi du
cenda eſſet vxor. Reſpondit. Si non capies
ſolitudo arbitrans excipiet. hic generis inte
rius hic heres alienus. Sed ſi ceperis illic
perpetua ſollicitudo: conqueſtus querularū:
dotis exprobratio affiniū graue ſuperciliuȝ:
garrula ſocrus lingua. ſucceſſor alieni matri
monij incertus liberoruȝ euentus: hec dixit
vt expertus. Nam vt ait Hieronymus con=
tra Iouinianuȝ. Hic ſocrates duas habuit
vxores quas ingenti patientia ſuſtinens nō
potuit tn̄ ab carū cōtumelijs clamorib9 ꝛ vi=
tuperationib9 liberari. Unde quadā die ipis
querulantib9 contra eum et ipſe domū egreſ=
ſus vt carū moleſtias euitaret et ante domuȝ
ſederet: ꝓiecerunt ille mulieres ſuper eū aquā
immundaȝ ſuper quo ipſe non perturbatus
quia phus ait. Sciebā qꝫ poſt tonitrua plu=
uie ſequerentur. Et de quodā legitur cuius
vxor ſubmerſa erat in fluuio qꝫ cū quereret
cadauer ei9 ad educendū de aq̄ ibat ꝑ fluuium
ꝯtra aquā: et interrogatus cauſam cū res gra
ues deſcendant infra ꝛ nō ſupra quare quere=
ret contra aquā. Reſpondit. Mulier iſta in
vita ſemper fuit contraria dictis et factis ſi=
ue mandatis meis, ideo quero contrario mo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

do ſi forte etiam mortua contrariam volun-
tatem vltra conſuetum tenuiſſet. Et quidem
ſicut ex primo defectu intelligentie abnega-
tionem fidei facilius viris incurrūt. Ita ex
ſecundo ſcꝫ inordinatis affectōibꝰ ⁊ paſſioni
bus varias vindictas querunt excogitant et
infligūt ſiue p̱ maleficia ſiue alijs quibuſcū-
qꝫ medijs. Unde nō mirū tantā multitudinē
maleficaꝝ in hoc genere exiſtere. Quantū in
ſup̱ defectū in memoratiua potentia cū hoc
ſit in eis ex natura viciū nolle regi ſed ſuos ſe
qui impetus ſine quacūqꝫ pietate ad hoc ſtu-
det et cuncta memorata diſponit. Uñ theo-
phraſtus. Si totam domū ei ꝯmiſeris ſerui
endū: et ſi aliquid tuo arbitrio reſeruaueris
etiā minimū vel magnū fidem ſibi adhiberi
nō putabit et iurgia concitet ei niſi cito cōſu-
leris parat venena aruſpices ⁊ ariolos cōſu
lit. ecce maleficia. Sꝫ quale ſit dominiū mu
lierū audi Tulliū in paradoxa. Nūquid il-
le liber eſt cui mulier impat leges imponit p̄-
ſcribit iubet vetat quod ei videtur nec ille im
peranti aliq̄d negare pt vel audet. Ego iſtuꝫ
non modo ſeruū ſed nequiſſimū ſeruoꝝ ap-
pellandum puto licꝫ ampliſſima familia na-
tus ſit. Uñ et Seneca in pſona furioſe me-
dee. quid amodo ceſſas ſequere felicē impetū
pars iſta vltionis qua gaudes quota eſt ⁊c̄.
vbi multa ponit oſtendens ꝙ mulier nō vult
regi ſed ſuo impetu ꝓcedere etiā in damnuꝫ
ſuū ſicut de multis legitur mulieribꝰ que vel
ob amorē vel dolorē. qꝛ vindictas facere nō
potuerūt: ſeipſas occiderūt ſicut et de laodice
narrat Hieronimꝰ ſup̱ danielē. que exiſtens
vxor regis Anntiochi regis ſyrie. zelans ne
plus amaret beronicem quam etiam habebat
vxorem beronicem et filiū eius ex dicto anti-
ocho prius fecit occidi et poſt ſe ipam vene-
no occidit. Unde qꝛ nō vult regi et ſuo im-
petu ꝓcedere. Ideo Criſoſto. non immerito
dicit. O malū omni malo peius mulier ma-
la ſiue illa paup̱ ſit ſiue diues. Si eni vxor
diuitis ſit nō ceſſat nocte et die virū calidum
ſtimulare ſermonibꝰ blanda nequiter et im-
portuna violenter. Si vero pauperē virum
habet ipm quoqꝫ ad iracundiā et rixas inci-
tare non deſinit. Et ſi vidua ſit ipa p̱ ſemet-
ipam omnes deſpicit paſſim et ad omnē au-
daciam ſpū ſup̱bie inflāmatur. Queramus
inuenimus fere oīa mundi regna ꝓpter muli-
eres fuiſſe euerſa. Primū eni ꝙ fuit regnū fe-
lix ſcꝫ Troye ꝓpter raptum vnius femine ſcꝫ
helene deſtructū eſt multis milibꝰ grecoꝝ oc
ciſis. Regnum iudeoꝝ multa mala et exter-
minia habuit ꝓpter peſſimam reginā iezabel

et filiam eius Athaliam reginam in regno
iude que occidi fecerat filios filij vt eo mor-
tuo ipſa regnaret ſed vtraqꝫ occiſa. Regnum
romanoꝝ multa mala ſuſtinuit ꝓpter Cleo-
patram reginam egypti peſſimaꝫ mulierem.
Et ſic de alijs. Unde et non mirum ſi mun-
dus iam patitur ob malitiam mulierū. De-
mum inſpiciendo corporis ipſius carnalia
deſideria. Unde innumera nocumenta vite
humane contingunt vt merito cum cathone
vticeñ. dicere poſſimꝰ. Si abſqꝫ femina poſ-
ſit eſſe mundus conuerſatio noſtra non eſſet
abſqꝫ dijs cum reuera ſi mulierum nō eſſent
nequicie etiam tacendo de maleficis adhuc
ab innumeris periculis mundus remaneret
exornatus. Ualerius ad Rufinum. Chime
ram mulierē eſſe neſcis ſed ſcire debes ꝙ mō-
ſtrum illud triforme inſigni venuſtetur facie
leonis olentis maculetur ventre capre viru-
lente cauda vipere armetur. vult dicere. Q̄
eſt aſpectus eius pulcer. tactus fetidus. con-
uerſatio mortifera. Audiamus et aliam pro-
prietatem per vocem. Nam ſicut eſt mendax
in natura ſic et in loquela. Nam pungit et ta
men delectat. vnde et earum vox cantui ſyre
narum aſſimilatur que dulci melodia tranſe
untes attrahunt et tandem occidunt. Occi-
dunt quidem quia et marſupia euacuant. vi-
res auferunt. et deum perdere cogunt. Iterū
Ualerius ad Rufinū. Hec loquens placet
delectatio et pungit delictū. flos veneris roſa
eſt. qꝛ ſub eiꝰ purpura multi latitant aculei.
Prouerb. v. Nitidius oleo guttur eius id ē
locutio nouiſſima eiꝰ amara quaſi abſinthe-
um. Audiamus et aliam in eius inceſſu ſta-
tu et habitu ibi eſt vanitas vanitatum. Non
eſt homo in mundo qui tantum ſtudet place
re deo benigno quantū mulier etiam medio-
cris ſuis vanitatibus ſtudet hominibꝰ place
re. De quo exemplū in vita pelagie quando
dedita mundo diſcurrebat per anthiochiam
ornata nimis: quam ſanctus pater nomius
nomine videns flere cepit et dixit ſocijs ꝙ to
to tempore vite ſue tantam diligentiā nunq̄
adhibuerat deo placere ⁊c̄. que demum ꝯrati
onibus eius conuerſa eſt. Hec eſt de qua Ec
cle. vij. et de qua iam eccleſia lamentatur pro
pter ingentem multitudinem maleficarum.
Inueni amariorem morte mulierem que la-
queus eſt venatorum ſagena cor eius. vincu
la ſunt manus eius: qui placet deo fugiet il-
lam. qui autem peccator eſt capietur ab ea.
Amarior eſt morte id eſt diabolo. Apoc̄. vi.
Nomē illi mors. Nam licet diabolus indu-
xit euam ad peccandū; eua tñ ſeduxit adam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ſicut peccatum eue non induxiſſet nobis
mortem anime ⁊ corpis niſi ſubſecuta fuiſſet
culpa in adam ad quā induxit eua et nō dia-
bolus. ideo amarior morte. Iteruȝ amarior
morte. quia hec naturalis ⁊ interimit tm̄ cor
pus ſed peccatum a muliere inchoatum occi
dit animā priuando gratia et corpus ſimili-
ter in penam peccati. Iterum amarior morte
quia mors corporalis eſt inimicus manife-
ſtus et terribilis. ſed mulier inimicus blan-
dus et occultus. Et ideo amarior et pericu-
loſior laqueus iam non dicitur venatorum
ſed demonuȝ. quia iam capiuntur hoies nō
ſolum per carnalia deſideria eas videndo au
diendo cum earum facies ſit ventus vrens
et vox ſerpentis ſybulus. Iuxta Bernardū.
Uerum etiā innumeros maleficiendo homi
nes et iumenta. Sagena dicitur cor eius id
eſt inſcrutibilis malicia que in cordib᷒ earuȝ
regnat. Et manus ſunt vincula ad detinen-
dum vbi manum ad maleficiendū creaturā
apponunt tunc diabolo cooperante hoc effi-
ciunt quod pretendūt. Concludamus. Om
nia p̄ carnalē concupiſcentiā. que quia in eis
eſt inſatiabilis ꝓuerb. penul'. Tria ſunt inſa
tiabilia ⁊c̄. et quartū quod nunq̄ȝ dicit ſuffi-
cit' ſcȝ os vulue. Unde et cum demonib᷒ cau
ſa explende libidinis ſe agitāt. Plura hic de-
duci poſſent ſed intelligētibus ſatis apparet
nō mirum ꝙ plures reperiuntur infecti here-
ſi maleficoꝝ mulieres q̄ȝ viri. Unde et conſe
quenter hereſis dicenda eſt nō maleficoꝝ ſed
maleficarum vt a potiori fiat denominatio.
Et benedictus altiſſimus qui virilem ſpeciē
a tanto flagitio vſq; in preſens ſic preſeruat
in quo vtiq; cum ꝓ nobis naſci et pati volu
it: ideo et ipm̄ priuilegiauit.

Cuiuſmodi mulieres amplius inueni untur ſuperſtitioſe et malefice.

Quo ad ſecundum cuiuſmodi mulie
res pre ceteris inueniuntur ſupſtitio-
ſe et maleficijs infecte. Dicendū vt ex
precedenti queſtione patuit. ꝙ quia tria gene
ralia vicia. ſcȝ infidelitas. ambitio. et luxuria
precipue in malis mulierib᷒ regnare videnť.
Ideo ille pre ceteris maleficijs intendunt q̄
pre ceteris illis vicijs dedite ſunt. Iterū quia
inter illia tria vltimū amplius predominať.
ideo quia inſatiabile ⁊c̄. ideo et ille inter am-
bitioſas amplius infecte ſunt que ꝓ explen-
dis ſuis prauis cōcupiſcentijs amplius inar
deſcunt vt ſunt adultere fornicarie et magna
torum concubine. et hoc ex ſeptemplici ma-
leficio vt in bulla tangitur: venereum actum
et conceptus in vtero varijs inficiendo male
ficijs. Primo mentes hominum ad inordi-
natum amorem ⁊c̄. immutando. Secundo
vim generatiuam impediendo. Tercio mem
bra illi actui accomoda auferendo. Quarto
homies preſtigioſa arte in beſtiales formas
mutando. Quinto vim generatiuaȝ quo ad
femellas deſtruendo. Sexto aborſum procu
rando. Septimo infantes demonibus offe-
rendo abſq; alijs animalibus et terre frugi-
bus quib᷒ varia nocumenta inferunt. de qui
bus in ſequentib᷒ tractabitur. ſed ad preſens
de nocumentis hominum demus rationes.
Et primo concluſio ſuper eos quos malefi-
ciunt ad amorem vel odium inordinatum et
poſt eadem materia pro maiori intelligentia
ſub difficultate eſt diſcutienda. concluſio aūt
hec eſt. Nam ſanctus Tho. in. iiij. di. xxxiiij.
de impedimento maleficiali ꝑtractans ſicut
oſtendit quare permittitur diabolo a deo ma
ior poteſtas maleficij ſuper actus venereos
hois q̄ȝ ſup̄ alios: rōnes aſſignando. Ita di-
cere a ſimili oportet ꝙ he mulieres amplius
infeſtantur que his actibus amplius deſer-
uiunt. Dicit enim ꝙ quia corruptio peccati
prima per quam homo factus eſt ſeruus di-
aboli in nos per actum generantem deuenit.
Ideo maleficij poteſtas permittitur diabo-
lo a deo in hoc actu magis q̄ȝ in alijs ſicut
etiam in ſerpentibus magis oſtenditur vir-
tus maleficiorum vt dicitur q̄ȝ in alijs ani-
malibus. quia per ſerpentem diabolus tanq̄ȝ
per ſuum inſtrumentum mulierem tentauit.
Unde etiam vt poſtea ſubdit. licet matrimo-
nium ſit opus dei tanq̄ȝ ab eo inſtitutum. ad
huc per opera diaboli interdum deſtruitur.
Non quidem per violentiaȝ quia cenſeretur
ſic fortior deo. Sed ex diuina permiſſione ꝓ
curando impedimentū actus coniugalis vel
temporale vel perpetuum. ex quibus hoc qď
experientia docet: dicamus ꝙ propter huiuſ
modi ſpurcitias explendas tam erga ſe q̄ȝ et
ſeculi potentes cuiuſcunq; etiam ſtatus ⁊ cō
ditionis innumera maleficia pertractant eo-
rum animos ad amorem hereum vel philo-
captionem adeo immutando vt nulla con-
fuſione aut perſuaſione ab eis deſiſtere vale-
ant. Ex quibus etiam et exterminium fidei
ſeu periculuȝ intolerabile quotidie imminet
ꝙ eorum animos immutare taliter ſciunt ꝙ
eis nullum nocumentum ſiue per ſe ſiue ab
alijs fieri permittant ſicq; quotidie creſcunt
Et vtinam experientia nos minime edocu-
iſſet: immo et odia talia etiam in ſacramento

matrimonij coniunctis ſuſcitata ꝑ maleficia et ſimiliter infrigidatões generatiue potentie. vt nec redditionẽ nec exactionẽ debiti matrimonialis locum ꝓ prole habere valeant. Sed quia amor et odium in anima exiſtunt quã etiã demon intrare nequit: ne alicui hec quaſi incredibilia videantur ſub queſtione ſunt diſcutienda cũ etiã oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

Queſtio: an malefice mentes hoĩm ad amorẽ vel odiũ valeant immutare? Et eſt ſeptima in ordine.

Queritur an demones ꝑ ipſas maleficas mentes hoĩm ad amorem vel odiũ inordinatũ immutare et incitare valeant? Et arguitur ꝙ non ſm̃ p̃miſſa. Tria ſunt in hoĩe voluntas. intellectus et corpus. Primũ deus ſicut habet ꝑ ſe regere. q2 cor regis in manu domini. ita ſecundũ ꝑ angelũ illuſtrare et ipm̃ corpus ꝑ influx⁹ celeſtiũ corporꝝ dirigere. Preterea intra corpa demones nõ pñt eſſe illa immutando. ergo minus infra animaꝫ eius potentijs odium vel amorẽ immittendo. Patet ↄña. q2 ex natura maiorẽ habent poteſtatẽ ſupra corporalia ꝙ̃ ſupra ſpiritualia. et quidẽ ꝙ non pñt immutare ſupra patuit in pleriſqꝫ locis quia nullã formam ſubſtantialẽ vel accidentalem inducere pñt niſi adminiculo alicuius alterius agentis. ſicut etiã quilibet alius artifex. eſt etiã ad idem. c. xxvi. q. v. epi. in fi. Qui credit aliquã creaturaꝫ poſſe tranſmutari in melius vel in deterius niſi ab ipo oĩm creatore infideli et pagano deterior eſt. Preterea. omne agens ex ꝓpoſito cognoſcit ſuũ effectũ Si igitur diabolus poſſet mentes hoĩm immutare ad odiũ vel amorem: poſſet internas cogitatões anime videre ꝙ eſt cõtra illud qd̃ in li. de eccleſiaſticis dogmatib9 dicit̃. Diabolus internas cogitatões nõ p̃t videre. Et iterum ibidem. Non om̃es cogitatões noſtre male a diabolo excitantur. ſed aliquotiẽs ex noſtri arbitrij motu emergunt. Preterea. amor et odium ſunt circa voluntatẽ que radicatur in anima. ergo non pñt cauſari a diabolo quacunqꝫ arte. tenet ↄſequentia. q2 illabi anime. vt dicit Auguſtin⁹. illi ſoli eſt poſſibile qui eam creauit. Preterea. ſi dicatur ꝙ poteſt mouere ſenſitiuas interiores et ſic cõſequenter voluntatẽ nõ valet. quia vis ſenſitiua eſt dignior ꝙ̃ vis nutritiua. Sed diabolus nõ poteſt formare actũ virtutis nutritiue vt formet carnem aut os. ergo etiã non p̃t cauſare aliquẽ actum interiorũ virium anime. Sed cõtra. Diabolus non ſolũ viſibiliter ſed etiã inuiſibiliter hoĩes tentare dicitur hoc aũt falſum eſſet niſi interius circa aĩam et eius potentias aliquid cauſare poſſet. Preterea. Damaſce. in ſuis ſententijs. Dis malicia et omnis immundicia a diabolo excogitata ſunt. Et Dio. iiij. c. de di. no. multitudo demonũ cauſa oĩm malorũ et ſibi et alijs eſt.

Reſponſio. Hic primo danda eſt diſtinctio de cauſa. et ſecundo qualiter p̃t interiores potentias anime immutare que dicunt̃ ſenſitiue interiores. et ſic tercio ↄcludetur ꝓpoſituꝫ. Quo ad primũ ↄſiderandũ eſt ꝙ cauſa alicuius p̃t aliquid dici dupliciter. Uno modo directe. Alio modo indirecte. Indirecte quidẽ ſicut cum aliqd̃ agens cauſat aliquã diſpoſitionem ad aliquẽ effectũ dicitur eſſe occaſionaliter et indirecte cauſa illius effectus. ſicut ſi dicatur ꝙ ille qui ſecat ligna eſt occaſio cõbuſtionis ipſorꝝ. et hoc modo dicerere poſſumus ꝙ diabolus eſt cauſa oĩm peccatorꝝ noſtrorum. q2 ipe inſtigauit primum hoĩem ad peccanduꝫ ex cuius peccato conſecuta eſt in toto genere humano quedã pronitas ad oĩa peccata. et ſic intelligenda ſunt verba Dam̃. et Dio. Directe aũt dicitur aliquid eſſe cauſa alicuius inquantuꝫ opatur directe ad illud: et hoc modo diabolus nõ eſt cauſa om̃is peccati. Non enĩ oĩa peccata cõmittuntur diabolo inſtigante ſed quedam ex libertate arbitrij et carnis corruptõne. Quia vt Orige. dicit. Etiã ſi diabolus nõ eſſet hoĩes haberent appetitũ cibi et venereorꝝ et hmõi. circa que inordinatões multe ↄtingunt niſi ꝑ rõnem talis appetitus refrenetur. et maxime p̃ſuppoſita corruptõne nature. Refrenare aũt et ordinare hmõi appetituꝫ ſubiacet li. ar. ſuꝑ quem etiã diabolus minus habet poteſtatem. Sed quia ꝑ hanc diſtinctionẽ nõ poſſumus diſcernere qualiter interdũ amor hereos ſeu philocaptio ꝓcurari p̃t. Eſt vlterius aduertenduꝫ ꝙ diabolus licet nõ poſſit eſſe cauſa illius inordinati amoris directe cogendo hoĩs voluntatem poteſt tñ eſſe ꝑ modum ꝑſuadentis Et hoc iterũ dupliciter. ſcꝫ viſibiliter et inuiſibiliter. Uiſibiliter ſicut cum in aliqua ſpecie hoĩs ſenſibiliter apparet etiã ipis maleficis et eis ſenſibiliter loquitur ⁊ ꝑſuadet peccatũ ſicut tentauit primos parentes in paradiſo in ſpecie ſerpentis: chriſtum in deſerto in aliqua ſpecie viſibiliter ei apparens. Et quia nõ eſt putandũ ꝙ ſolũ ſic ꝑſuadeat hoĩem. q2 ſequeretur ꝙ nulla alia peccata fierẽt ex inſtructione diaboli niſi que diabolus viſibiliter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apparens pſuaderet. Ideo dicendū eſt ꝙ etiā
inuiſibiliter inſtigat hoīem ad ꝑeccandū. qđ
quidē fit dupliciter. ꝑ modū pſuaſionis et ꝑ
modū diſpoſitōis. Per modū pſuaſionis ſi=
cut cū ꝓponit̃ aliqđ virtuti cognitiue vt bo=
nū. et h̃ pt fieri tripliciter. qꝛ vel ꝓponit̃ q̃tuȝ
ad intellectū vel quantū ad ſenſuȝ interiorē.
vel quantū ad ſenſum exteriorē. Quantū ad
intellectū quidē. qꝛ intellectus hūanus pt ad
iuuari ab angelico intellectu bono vel aliqđ
cognoſcendū ꝑ modū illuminatōis cuiuſdā
vt Dio. dic̃. Rō qꝛ ſicut intelligere ſm phm
eſt quoddā pati. Ideo pt imprimere in intel=
lectū aliquā ſpeciē: vñ actus intelligendi eli=
citur. Et ſi dicat̃ ꝙ etiā diabolus hoc facere
poſſꝫ ſua ꝟtute naturali q̃ nō eſt diminuta. vt
pꝫ ex p̃cedentib9. Dicendū ꝙ nō pt ꝑ moduȝ
illuminatōis ſꝫ ꝑ modū pſuaſiōis. Rō. qꝛ in=
tellectus hoīs eſt iſtius ꝯditōis: ꝙ quāto ma
gis illuminat̃ tāto magis cognoſcit verū: et
quāto magis cognoſcit verū tāto mag̃ pt ſi=
bi cauere a deceptōe. Et qꝛ hāc deceptōȝ dia=
bolus finaliter intēdit. ideo queċūqꝫ ei9 pſua
ſio nō pt dici illūiatio licȝ poſſit dici reuela
tio inq̃tū ꝑ impſſionē quandā in vires ſenſi=
tiuas interiores aut exteriores vbi viſibiliter
pſuaderet aliqđ impmeret. vñ intellectualis
cognitio pſuaderet̃ ad aliquē actū exercendū
qđ q̃liter fieri pt videlicȝ vt in vires interio=
res aliqđ impmere poſſit. Aduertendū eſt ꝙ
qꝛ corpalis natura nata eſt naturalit̃ moueri
localiter a ſpūali. Patꝫ h̃ in corpib9 nr̃is que
ab aīab9 mouent̃ ſil'r in corpib9 celeſtib9. Nō
eſt aūt apta nata formari ab ea īmediate. et lo
quimur p̃cipue de formis a foris manendo
nō ab informādo vñ oportꝫ ꝙ ꝯcurrat aliqđ
corpale agēs. vt ꝓbat̃ in. vij. meth. Materia
corpalis naturalit̃ obedit bono vel malo an
gelo ad motū localē q̃ ſtāte qꝛ demones ſic ꝑ
motū localē ſemina colligere pñt ꝛ ꝯiungere
ſeu adhibere aliqb9 effectib9 mirabilit̃ facien=
dis vt de magis pharaonis ꝯtigit vbi ꝓdu=
xerūt ſerpētes ꝛ vera aīalia vbi debita actiua
debitis paſſiuis ꝯiungebāt. Ideo q̃cunqꝫ ex
motu locali materie corpali accidere pñt ni=
hil ꝓhibet ꝑ demones fieri niſi diuinit9 im=
pediant̃. Quo iterū ſtāte ſi volum9 intellige
re quō pt fantaſiā hoīs ꝛ interiores potētias
ſenſitiuas incitare ad apparitōes ꝛ impetuo=
ſos actus ꝑ motuȝ localē. Notandū ꝙ ſicut
phs in li. de ſom. et vigil̃. aſſignat cauſam ap
paritōis ſomnioꝝ ꝑ motuȝ localē ex eo ꝙ cū
aīal dormit deſcendente plurimo ſanguine
ad principiū ſenſitiuū ſil'r deſcendunt motus
ſiue impſſiones relicte ex ſenſibiliū motōib9
p̃teritis et que ꝯſeruate fuerūt in ſpiritib9 ſiue
virtutib9 ſenſibilib9 interiorib9 q̃ ſunt fanta=
ſia ſeu imaginatio q̃ idē ſunt ſm ſanctū tho.
vt patebit. Eſt enī fantaſia ſeu imaginatio q̃
ſi theſaurus quidā formaꝝ ꝑ ſenſum accepta
rum. Vñ ꝯtingit ꝙ ita mouēt principiū ap=
prehenſiuū. i. potentiā ꝯſeruatoriā ſpecieꝝ ꝙ
apparēt in fantaſijs ita recenter ac ſi tūc prin
cipiū ſenſitiuū a reb9 ipis exteriorib9 recenter
immutaret̃. Verū eſt ꝙ nō oēs hec intelligūt:
ſꝫ ſi quis ſe occupare vellet ꝯſiderare haberet
numerū ꝛ officiū ſenſuū interioꝝ. q̃ ſm Aui=
cen̄. in li. de aīa licet dicat eſſe quinqꝫ. ſcȝ ſen=
ſum ꝯmunē: fantaſiā: imaginatiuā: extimati=
uam: memoriā. Tñ ſm beatū Tho. in prima
pte. q. lxxix. dicit eſſe quattuor tm̄ eo ꝙ potē=
tiam imaginatiuā ꝛ fantaſiā ponit vnā: timet̃
ꝓlixitas ideo obmittit̃ declaratio. eo ꝙ etiaȝ
qꝛ in pleriſqꝫ locis de his ptractat̃. tantūmo
do hoc qđ dictū eſt fantaſiā eſſe theſaurū for
marū ꝛ alicui videret̃ memoratiuā eſſe hmōi:
diſtingue. qꝛ fantaſia eſt theſaurus ſeu ꝯſer=
uatoriū formaꝝ ꝑ ſenſum acceptaꝝ. memo=
ria aūt theſaurus intentionū q̃ ꝑ ſenſum nō
accipiunt̃. Quis enī videns lupū fugit non
ꝓpter indecentiā coloris aut figure q̃ ſunt for
me recepte a ſenſibus exteriorib9 ꝛ repoſite in
fantaſia: ſed fugit qꝛ inimicus nature et hoc
habet ꝑ quandā intentionē ꝛ apprehenſionē
ex eſtimatiua q̃ apprehendit vt nociuū ꝛ canē
vt amicū. ſꝫ ꝯſeruatoriū illaꝝ intentionuȝ eſt
memoria. qꝛ recipe ꝛ retinere in corpalib9 re=
ducuntur ad diuerſa principia. nā humida
bñ recipiūt ꝛ male retinēt. ecōtrario aūt eſt de
ſiccis. Ad ꝓpoſitū hoc qđ ꝯtingit in dormi=
entib9 de apparitōib9 ſomnioꝝ et ſpirituū. i.
ſpecieꝝ in ꝯſeruatorijs repoſitaꝝ ꝛ hoc ex na
turali motu locali ꝓpter ꝯmotōeȝ ſanguinis
et humoꝝ ad principia illa. i. ad virtutes ſen
ſitiuas interiores. et dicimus motu locali in
trinſeco in capite et in cellulis capitis. Hoc
etiā pt accidere ex ꝯſili motu locali ꝑ demo=
nes ꝓcurato. et nō tm̄ in dormientib9 ſꝫ ꝛ vi=
gilantibus in quib9 demones pñt admouere
et cōmouere interiores ſpūs et humores vt
ſpecies ꝯſeruate in cōſeruatorijs educant̃ de
theſauris ad p̃ncipia ſenſitiua. i. ad virtutes
illas imaginatiuā ꝛ fantaſticā vt res aliquas
habeat talis imaginare. et talis dicetur inte=
rior tentatio et nō mirū ꝙ demon hoc poſſit
ſua naturali virtute cū quilibet hō ꝑ ſe vigi=
lans et vſum rōnis hñs per voluntariā com
motionē ſpecieꝝ ꝯſeruataꝝ educere pt de ſu=
is theſauris ſcȝ ꝯſeruatorijs hmōi ſpecies vt
res aliquas ad ſuū placituȝ imaginetur. quo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtante vt iam clare intelligit᷑ materia de amore heroos. Nam q₂ demones vt dictū ē ꝯmouere pñt hmōi ſpecies ⁊c̄. faciūt iſta dupliciť Aliqñ abſq₃ ligamine vſus rōnis vt de tentatione dictū eſt et ꝑ exemplū de volūtaria adheſione que interdū fit. aliqñ aūt q̄ totaliter vſus rōnis ligef. et hoc etiā poſſumus exemplificare ꝑ naturales quoſda₃ defectus vt in freneticis ⁊ ebrijs. ergo nō mirū q̄ demones ſic ligare pñt deo ꝑmittente vſum rōnis. et tales dicunt᷑ arreptity ⁊ inde arrepticius ab arripio pis. q₂ arreptū a demone et hoc dupliciter. vel abſq₃ malefica ⁊ maleficio. vel cū ea abſq₃ maleficio. q₂ vt phs in p̄fato li. dicit q̄ aliq̄s in paſſione exiſtēs a modica ſilitudine mouet᷑ ſicut amās ex modica ſilitudine amati ⁊ ſic etiā odiū habenti. Ideo demones qui ꝑ actus hoīm expiunt᷑ quib₉ paſſionib₉ magis ſubdunt᷑ illos ad hmōi amorē vel odiu₃ inordinatū inſtigāt eo fortius in eoꝝ imaginationē et efficacius imprimēdo hoc qd̄ intēdunt quāto etiā id facilius pñt. Facilius aūt pñt quanto etiā amās facilius ſpeciē reſeruatā ad principiū ſenſitiuū. i. imaginatōꝫ educit ⁊ in eius cogitatōe delectabilius moratur Cū maleficio vero qñ talia ꝑ maleficas ⁊ ad maleficaꝝ inſtantiā ꝓpter pactū initū cū eis ꝓcurat. de quib₉ enumerare pre multitudie ta₃ in ſpūalib₉ q̄₃ ſecularib₉ nō ē poſſibile. Quot enī adulteri pulcerrimas vxores dimitentes in fetidiſſimas alias inardeſcūt. Nouimus vetulā tres ſucceſſiue abbateſ vt publica oīm fratrū fama in illo monaſterio etiā in hodiernum diē refert nō ſolū in his maleficiaſſe ſ₃ ⁊ interemiſſe: et quartū iam ſili mō dementaſſe qd̄ et ipa publica voce fatef nec veretur dicere feci et facio nec deſiſtere a meo amore poterūt quia tantū de meis ſtercorib₉ comederūt quantitatē ꝑ extenſu₃ brachiū demonſtrādo. Fateor aūt q₂ nobis nō aderat vlciſcendi et inquirendi ſuꝑ eā facultas ideo adhuc ſupeſt Et q₂ dictū fuit in p̄ncipio diſtinctōis q̄ inuiſibiliter inſtigat diabolus hoīem ad peccādum nō ſolū ꝑ modū ꝑſuaſionis vt dictū eſt: imo etiā ꝑ modū diſpoſitōis. lic₃ nō deſeruit ad ꝓpoſitū tñ ſic declaraf. Per ꝯſilem enī admotionem ſpirituū ⁊ humoꝝ facit aliq̄s magis diſpoſitos ad iraſcendū vł ꝯcupiſcendū vel ad aliq̄d huius. Manifeſtū eſt enī q̄ corpore aliq̄liter diſpoſito eſt hō magiſ pronus ad ꝯcupiſcentiā ⁊ iram ⁊ hmōi paſſiōes: quibus inſurgentib₉ hō diſponitur ad ꝯſenſum S₃ q₂ p̄cedentia difficile eſt p̄dicare ideo faciliori modo ꝓ ꝑpli auiſamento ſunt declarāda. et quib₉ remedijs poſſint tales maleficiati liberari tractatur in tercia ꝑte.

Modus ꝓponendi premiſſa de amore hereos in ſermonib₉ ad ꝑplm.

PRedicator de ſupradictis ſic mouet queſtionē. An catholicū ſit aſſerere q̄ malefice valeant ad amorē alienaꝝ feminarū inordinatū mentes hoīm immutare et eoꝝ corda ſic ſuccendere vt nulla ꝯfuſione plagis verbis aut factis ad deſiſtendū valeāt cogi: et ſilr ad odiū inter mr̄imonialiter coniunctos incitare vt nec redditōis nec exactionis debiti mr̄imonialis locū ꝓ prole habere valeāt: quinimo interdū eos oportet currere ad amaſias in tempeſte noctis ſilentio ꝑ multa terraꝝ ſpacia: Suꝑ que ſi voluerit argumēta aliqua ex p̄cedenti q̄ſtione ſumat. ſi nō. dicat tñmodo q̄ queſtiōes iſte patiunt᷑ difficultates ꝓpter amorē ⁊ odiu₃ qui cū fundant᷑ in voluntate q̄ in ſuo actu ſemꝑ libera eſt nec cogi p̄t ꝑ aliquā creaturā niſi a deo qui eā regere p̄t. vñ nec demon vel malefica eius virtute ad amorē vel odiū voluntatē cogere videtur. Itē q₂ volūtas ſicut et intellectus ſubiectiue exiſtunt in aīa. et illabi aīe illi ſoli eſt poſſibile qui eā creauit. ideo difficultatē patitur queſtio quo ad veritates enucliandas in ſuis ꝑtib₉. his tñ nō obſtantib₉ dicendū eſt primo ſuꝑ philocaptōꝫ ⁊ odiū. ſcd̄o ſuꝑ maleficiū generatiue potentie. De primo q̄ licet in intellectū ⁊ voluntatē hoīs immediate demon nequeat oꝑari tñ ſ̄m oēs doctores theologos in. ij. ſen. de virtute demonis in oꝑando in corpus ⁊ in potētias corpis ſiue corpi alligatas ſiue ſint ſenſus interiores ſiue exteriores ꝑmittente deo agere valēt. Hoc ꝓbaf auctoritate ⁊ rōe ex p̄cedenti queſtione ſi placet inueniet: ſi non. dicat auctoritatē ⁊ rōnem Job. ij. Demoni dixit de⁹. Ecce in manu tua id eſt in ꝑtāte eſt Job. et hoc erat quo ad corpus. qd̄ ꝑ₃. q₂ in aīam noluit dare. vñ dixit. verūtñ aīa₃ eius ſerua. i. illeſam ſerua. Rō q₂ enī dedit in corpus dedit etiā ſuꝑ oēs potentias corpi alligatas. vt ſunt quinq₃ exteriores ⁊ q̄tuor interiores. ſc₃ ſenſus cōis. fantaſia ſiue imaginatiua. eſtimatiua ⁊ memoratiua. ſi nō p̄t aliter declarari detur de porcis et ouib₉ exemplū: vbi porci ꝑ memoratiuā redire ſciūt. et oues lupū ⁊ canē diſcernūt ex naturali imaginatōe: vnū tanq̄₃ inimicū: alterum tanq̄₃ amicū ſue nature. Conſequenter cum oīs nr̄a cognitio intellectiua ortū habet a ſenſu: cū intelligentē iuxta phm in. iij. de aīa. neceſſe ſit fantaſmata ſpeculari. Ideo ſicut demon p̄t interiorē fantaſiam immutare ſic etiā intellectū obtenebrare. Et hoc quide₃ nō erit

ſimmediate agere in aīam ſed mediantibꝫ fan-
taſmatibꝫ. Item q2 nihil amatur niſi cogni-
tum. dentur exempla ad placitū de auro qḋ
amat auarus q2 intelligit eius virtutem ⁊c̄.
Ideo obtenebrato intellectu obtenebraẜ ⁊ vo-
luntas in ſuis affectōnibꝫ. Hec aūt pt facere
demon ⁊ abſqꝫ malefica et cū malefica: imo et
accidere pn̄t ex ſola īcautela oculoꝝ. et de ſin-
gulis trademus exempla. Nam vt Jaco. i. di-
citur. Unuſquiſqꝫ tentatur a ꝯcupiſcētia ſua
abſtractus ⁊ illectus. Deinde ꝯcupiſcētia cū
ꝯcepit parit peccatū: pc̄c̄m vero cū ꝯſumma-
tum fuerit generat mortē. Sic ſychem cū vi-
diſſet Dinam exeuntē ad videndū mulieres
regionis adamauit eam et rapuit ⁊ dormiuit
cū illa et ꝯglutinata eſt aīa eius cū ea. Geneẜ.
xxxiiij. et ſm̄ glo. Infirme aīe ſic accidit qn̄
poſtpoſitis ꝓprijs vt dina aliena negocia cu-
rat ſeduciẜ ꝯſuetudine et fit vna vnitate ſen-
ſus cū illicitꝭ. De ſcḋo ꝙ etiā abſqꝫ maleficis
oriaẜ interdū ex tentatōe demonū principa-
liter ſic declaraẜ. Nam amon ſororē ſuā tha-
mar ſpecioſiſſimā adamauit et deperiat in ea
valde ita vt ꝓpter eius amorē egrotaret. ij. Re-
gum. xiij. Nō enī in tantū facinus ſtupri ꝗs
ꝓſiliret niſi in toto corruptꝰ ⁊ a diabolo gra-
uiter tentatus. Unde glo. ibidē. Hoc monet
nos et ideo deus ꝑmiſit vt ſemper caute aga-
mus ne vicia in nobis dominenẜ ⁊ princeps
peccati qui falſam pacē ꝑiclitantibꝫ ſpondet:
nos ꝑatos inueniens improuiſe trucidet. De
hoc ſcḋo genere amoris refertus eſt liber ſan-
ctoꝝ patrū qui refert ꝙ licet omnē tentatōeꝫ
carnalis ꝯcupiſcētie ſibi ſubtraxiſſent tn̄ vl-
tra q̄ꝫ credi pt tentabanẜ aliq̄tiens amore mu-
lierum. Un̄ et. ij. Corinth. xij. apl's dicit. Da-
tus eſt mihi ſtimulus carnis mee angelus ſa-
thane qui me colaphiſet. vbi glo. Tentando
ꝑ libidinē datus eſt mihi. Tentatio autē cui
nō ꝯſentitur nō eſt peccatū ſed materia exercē-
de virtutis. et hoc intelligiẜ de tentatōne que
ab hoſte nō a carne que ſꝑ eſt ad minus pec-
catum veniale etiā ſi ei non ꝯſentiaẜ. Poterit
p̄dicator aliqua exempla deducere ſi placue-
rit. De tercio ꝙ amor hereos ꝓueniat ex ma-
leficijs demonū diſcuſſuꝫ eſt ſupra. et de hac
loquimur tentatōne. Et ſi quis diceret quō
poſſet diſcerni ꝙ nō ex diabolo ſꝫ ſolū ex ma-
leficio talis amor inordinatus ꝓcedit. Dicē-
dum ꝙ ex multis. Primo ſi taliter tentatus
pulcrā et honeſtā habeat vxorē et oppoſitum
ſtanti⁹ narraſſet de patre ſuo veraciter. ꝙ ipe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pater dixiſſet ſe caballum fuiſſe et annonam
cum alijs animalibus baiulaſſe. De primo
nanq̃ ꝙ ſocij vlixis fuiſſent in beſtias muta
ti. ibi vtiq̃ ſola apparentia fuit et oculoꝝ de-
ceptio. ita ꝙ forma illa beſtialis educta fuit
de conſeruatorio ſeu memoria ſpecierum ad
ipſam vim imaginatiuam. vnde et viſio ima-
ginaria cauſabatur: et ꝯſequenter ex forti im
preſſione in potentias alias et organa vidẽs
eſtimabat ſe beſtiam videre. modo quo ſupra
in precedenti capitulo tactum eſt: ſed quomo
do iſta fieri poſſunt virtute demonis ſine le-
ſione infra patebit. De ſecundo vero vbi ho
ſpites in iumẽta onera portãtia a ſtabularijs
cõuertebant̃. et ſiliter hoc ꝙ preſtantij pater
ſe equũ fuiſſe et pladũ portaſſe narrat̃. Notan
dum ꝙ ibi tres fuerũt deceptões. Prima. ꝙ
illi hoĩes p̃ſtigioſa arte videbant̃ cõuerſi in
iumẽta. q̃ cõuerſio facta fuit mõ ſupra tacto.
Secunda ꝙ illa onera vbi excedebãt vires
portantiũ demones inuiſibiliter illa attule-
runt. Tercia ꝙ illi q̃ alijs videbant̃ tranſmu
tati in ſpecies. ſibi ipſis etiam videbantur ſe
in beſtias cõuerſos. ſicut nabuchodonoſor
cõtigit. vbi ſeptem tempora ſuper eũ fuerũt
immutata. vt fenũ quaſi bos comederet. De
illo autem ꝙ ſocij diomedis fuiſſent in aues
cõuerſi: et circa templum volaſſe. Dicendum
ꝙ ille diomedis quia in exercitu grecorũ cir
ca obſidionẽ ciuitatis troye fuerat. vbi ad ꝓ-
pria redire volebat in mari cũ ſocijs ſubmer-
ſus fuit. Ideo cum ex ſuggeſtione cuiuſdam
idoli templum ſibi quaſi inter deos annume
ratus eſſet cõſtructum fuerat. demones in cõ
firmationem erroris longo tempore tanq̃ a-
ues loco eorum volabant. quare et aliud ge-
nus ſuperſtitionis a predictis preſtigijs ibi
fuit. quia videlicet nõ per reductionẽ ſpecie-
rum ſenſibilium ad vim imaginatiuã. ſed in
aſſumptis corporibus tanq̃ aues volantes
ſe oculis aſpicientiũ ingerebant. Et ſi queri-
tur. An etiam predicto modo per reductionẽ
ſpecierũ ſenſibilium aſpicientes illudere po
tuiſſent vt demones nõ in aſſumptis corpori
bus ex aere tanq̃ volãtes aues ſe ingeſſiſſent
Dicendum ꝙ ſic. Nam et opinio quorundã
fuit vt recitat ſanctus Thomas in. ij. ſenten
tiarum. di. viij. arti. ij. ꝙ angeli quicũq̃ ſiue
boni ſiue mali nunq̃ aſſumerẽt corpora. ſed
ꝙ omnia que de eorum apparitionib9 legunt̃
in ſcripturis facta fuerint in p̃ſtigijs. vel ſm
viſionem imaginariã. In quibus verbis no
tatur a doctore ſancto differentia inter preſti
gium et imaginariã viſionẽ. Quia preſtigiũ
poteſt habere rem ab extra corporali viſui ſe
obijcientez. Licet aliter videatur q̃ ſit. Ima
ginaria aũt viſio non hoc neceſſario requi-
rit: vt videlicet res ab extra obijciat̃. ſed po-
teſt fieri abſq̃ illa exteriori obiectione tantũ-
modo per illas interiores ſpecies ſenſibiles
vbi ad vim imaginatiuã reducuntur. Unde
illorum opinionẽ ſequendo ſocij diomedis
nõ fuerũt repreſentati per demones in aſſum
ptis corporibus et ſimilitudinibus auium.
ſed tantummodo fantaſtica et imaginaria vi
ſione. per illarũ videlicet ſpecierũ ſenſibiliũ
reductionẽ ⁊c̃. vt ſupra. Sed qꝛ doctor ſan-
ctus opinionẽ illam vt errorem et nõ vt opi
nionem ſimplicem reprobat. licet nõ vt here-
ſim forte vt pie creditur. cum etiã tales appa-
ritiones imaginarie interduȝ et a bonis et a
malis angelis fuerint abſq̃ corporibus aſ-
ſumptis viſitate. Ideo vt ibidem dicit cũ ſan
cti cõmuniter dicunt angelos etiam corpo-
rali viſione apparuiſſe. et talis apparitio fit in
aſſumptis corporibus. Textus etiaȝ ſcriptu
re ſacre ſuper tales corporales apparitiones
plus cõcordat q̃ ſuper imaginarias aut pre-
ſtigioſas. Ideo ex his ad preſens dicere poſ
ſumus etiam ſuper quaſcũq̃ viſiones cõſi-
miles illis de ſocijs diomedis. ꝙ licet illi ſo
cij imaginaria viſione videntiuȝ potuiſſent
opere demonum videri modo quo dictũ eſt.
tamen potius preſumitur ꝙ per demones in
aſſumptis corporibus ex elemento aeris tan
q̃ aues volantes fuerint viſi. aut ꝙ alie aues
naturales a demonibus agitate illos repre-
ſentauerint.

Qualiter demones intra corpora et capi-
ta exiſtunt ſine leſione qñ preſtigioſas operã
tur tranſmutationes.

Capitulum. ix.

Quod ſi vlterius ſuper modũ pre-
ſtigioſe tranſmutatõnis queritur.
An intra corpora et capita tũc exi-
ſtant et an tales ſint tanq̃ obſeſſi a
demonibus eſtimandi. et qualiter fieri poſſit
vt abſq̃ leſione potentiarũ et virium interio
rum poſſint ſpecies ab vna potentia interio
ri ad aliam deducere. Et vtrũ tale opus de-
beat cenſeri miraculoſum factum aut nõ. Ad
primum oportet diſtinguere de preſtigioſa il
luſione: eo ꝙ vt dictũ eſt. Illa illuſio fit inter
dum ſuper ſenſus exteriores: interdum ſuper
interiores vſq̃ ad ſenſum exteriorẽ. Prima
ergo licȝ poſſit fieri abſq̃ hoc ꝙ demones in
trent potentias exteriores illas occupando.

ſed tantum exterius deludendo. vt vbi cor-
pus aliquod occultare vellet per interpoſi-
tionē alicuius alterius corporis vel alio quo
cunqꝫ modo. Aut vbi per ſe corpus aſſume-
ret et ſe viſui obijceret. Secunda tamē nō po
teſt fieri niſi ipm caput et potentias princi-
paliter occupet. Et hoc oſtenditur auctori-
tate et ratione. Nec obſtare poteſt ꝙ duo ſpi
ritus creati nō poſſint eſſe in vno et eodē lo-
co: et anima ſit in qualibet ꝑte corporis. Eſt
autem auctoritas ſuper hoc Damaſceni. An
gelus ibi eſt vbi operatur. Ratio ſancti tho-
me. ij. ſententiarū. di. vij. ar. v. Omnes ange
li boni et mali ex virtute naturali que preſtā
tior vtiqꝫ eſt quacunqꝫ corporali habent po-
teſtatem tranſmutandi corpora noſtra. Pa-
tet hoc ne dum ꝓpter preſtantiam et nobilita
tem nature. Sed et ideo ꝙ tota machina mū
di et creatura corporalis amminiſtratur per
angelos Gregori⁹. iiij. dialo. In hunc mun
dum viſibilem nihil niſi per creaturā inuiſi-
bilem diſponi poteſt. vnde omnia corpora-
lia reguntur per angelos. ſicut et motores or
bium aſſeruntur nō ſolum a doctoribus ſan
ctis ſed etiam a philoſophis omnibus. Pa-
tet et ex eo ꝙ omnia corpora humana mouē-
tur ab animabus ſicut omnia alia per corpo-
ra celeſtia et per ipſorum motores. Si cui pla
cet videat ſanctū Thomā in prima parte. q.
cx. ar. i. Ex quo cōcluditur ꝙ quia demones
vbi operantur ibi ſunt. Ideo quādo fantaſi
as et interiores potentias perturbāt tunc eti
am ibi exiſtunt. Item licet illabi anime illi ſit
tantum poſſibile qui eam creauit. tamen de-
mones etiam illabi poſſunt deo permittente
corporibus noſtris. Et quia ꝑ tunc poſſunt
impreſſiones facere in potentias interiores
affixas organis corporalibus. Ideo et ꝑ il-
las impreſſiones ſicut immutantur organa
ita immutātur operationes potentiarū. mo-
do quo dictum eſt ꝙ educere poſſunt ſpecies
reſeruatas in vna potentia affixa organo ſi-
cut ex memoria que eſt in vltima parte capi-
tis educit ſpeciem equi localiter mouendo il
lud fantaſma vſqꝫ ad mediam partē capitis
vbi eſt cellula virtutis imaginatiue. et demū
cōſequenter vſqꝫ ad ſenſum communem cu-
ius reſidentia eſt in anteriori parte capitis.
Et omnia tamen ſubito ſic immutare et per-
turbare poſſunt vt forme tales neceſſario eſti
mentur. Ac ſi exteriori viſui obijcerentur.
Exemplum patuit ex naturali defectu in fre
neticis et alijs maniacis. Quod ſi queritur
quomodo hoc abſqꝫ dolore capitis efficere
poſſit. facilis eſt reſponſio. Primo quia enim
organa nō diuidit nec immutat quo ad ipſo-
rum ſubiectum. ſed tantummō ſpecies mo-
uet. Item ſecundo quia nō alterat immitten
do aliquam qualitatē actiuam vnde neceſſa
rio paſſio ſequatur. cum et ipſe in ſe demon
omni qualitate corꝑali careat. ideo ſine do-
lore talia operari poteſt. Item tercio quia vt
dictum eſt tantummō facit tranſmutationes
per motū localē ab vno organo ad aliud et nō
per alios motus ex quibus alterationes leſi-
ue interdum cauſantur. Illud ergo quod dif
ficultatem facit ꝙ quia duo ſpiritus nō poſ-
ſunt eſſe in eodē loco puta diffinitiue. et ani
ma etiam exiſtit in capite quomodo tunc de-
mones ibidem exiſtere poſſunt. Dicendū ꝙ
reſidentia anime aſſignatur centrum cordis
in quo vitam influendo omnibus membris
cōmunicat. Et exemplū datur de aranea in
medio tele que ſentit tactum ex omni parte.
Tamen quia dictum Auguſtini in libro de
ſpiritu et anima. ꝙ eſt tota in toto et tota in
qualibet parte corporis. Ideo dato ꝙ ſit in
capite: adhuc demō ibi operari poteſt. quia
alia eſt eius operatio ab operatōne anime cū
operatio anime in corpore eſt vt informat et
vitam influat. vnde eſt ibi ſicut forma in ma
teria nō ſicut in loco. Demon autem ſicut in
tali parte corporis et tali loco immutando et
operādo circa ſpecies ſenſibiles. Unde quia
nulla cōfuſio operationū eſt inter eos. Ideo
vtrūqꝫ ſimul in eadē parte corporis eſſe poſ
ſunt. Ad illud. An tales ſint tanqꝫ obſeſſi et
arreptícij id eſt a demonibus arrepti eſtimā-
di. quia ſpecialem hoc vult habere declaratio
nem. An videlicet hoc poſſibile ſit vt opere
maleficorum aliquis vt obſeſſus a demone.
id eſt ꝙ demon cum poſſideat vere et corpo-
raliter. Ideo de tali materia ſpecialis tracta-
bitur modus in capitulo ſequenti. habet enī
et hoc ſpecialem difficultatē. An operibus
maleficorum id fieri valeat. Ad illud tan-
tummodo. An talia opera maleficorū et de-
monum ſint ad modum miraculorū operū
cenſenda. ita ꝙ debeāt opera miraculoſa eſti-
mari. Dicendum ꝙ ſic inquantum fiunt pre
ter ordinem nature create nobis note per vir
tutem creature nobis ignote. licet nō ſint ꝓ-
prie miracula ſicut illa que fiunt preter ordi-
nem totius nature create qualia ſunt miracu
la dei et ſanctorum. Uide que in prima par-
te operis ſub quinta queſtione et reprobatio
ne tercij erroris tacta ſunt vltra que addēda
ſunt hec propter eos qui huiuſmodi opera

impugnare poſſent quaſi nō debeant cenſeri
opera miraculoſa ſed ſimpliciter opera dia-
bolica eo ꝙ cum miracula ſint data in cōfir-
mationem fidei nō debent ꝯcedi fidei aduer
ſario. Tum etiam quia ſigna antichriſti di-
cuntur ab apoſtolo ſigna mendacia Sed di
cendum ad primum. Q miracula facere eſt
donum gratie gratis date. Unde ſicut ꝑ ma
los poſſunt fieri homines. ita et ꝑ malos ſpi
ritus in his videlicet ad que eorū virtus ex-
tendere ſe poteſt. Unde etiam diſcernunt mi
racula per bonos facta ab illis que ꝑ malos
fiunt ad minuſ tripliciter. Primo ex efficacia
virtutis operantis quia ſigna facta ꝑ bonos
diuina virtute fiunt in illis etiam ad que vir
tus actiue nature ſe nullo modo extendit. ſi-
cut ſuſcitare mortuos et huiuſmodi que de-
mones ſm̄ veritatem facere non poſſunt. ſed
in preſtigijs tantū vt ſymon magus de mor-
tuo cuius caput agitabat que diu durare nō
poſſunt. Secundo ex vtilitate ſignorū. quia
ſigna per bonos facta ſunt de rebus vtilib᷒.
vt in curationibus infirmitatum et huius.
Signa autem per maleficas facta ſunt de re
bus nociuis vel vanis ſicut ꝙ volant in ae-
re vel reddāt mēbra hominū ſtupida et hui᷒
Et hanc differentiā aſſignat beatus Petrus
in itinerario Clemētis. Tercia differētia eſt
quantū ad finem: quia ſigna bonorum ordi
nantur ad edificationem fidei et bonorū mo
rum. Sed ſigna maloruꝫ ſunt in manifeſtū
nocumentum fidei ⁊ honeſtatis. Etiam q̄tū
ad modum operandi differūt. quia boni ope
rantur mirabilia per inuocationē diuini no-
minis pie et reuerenter. Sed malefici et ma-
li quibuſdam deliramentis et demonum in-
uocationibus. Aliud etiaꝫ nō obſtat ꝙ vide
licet apoſtolus opa diaboli et antichriſti no-
minat ſigna mendacia. quia tunc illa mirabi
lia que fient ab eo diuina permiſſione ſunt
vera et etiam falſa diuerſis reſpectibus. Ue
ra in illis que fiunt virtute demonis ad que
eius virtus ſe extendere poteſt. Falſa quādo
faciet ea ad que ſua virtus ſe nō poteſt exten
dere vt ſuſcitare mortuos. illuminare cecos.
quia in primo vbi facere attentabit aut intra
bit corpus defuncti aut illud amouebit et lo
co illius ipſe in aſſumpto corpore ex aere ſe
preſentabit. et ſic in ſecundo preſtigioſa arte
viſum aufert. aut infirmitates alias et ſubito
ſanabit a leſione ceſſando. nō qualitates inte
riores rectificando ſicut in legenda Bartho
lomei ponitur. Poſſunt etiaꝫ omnia mirabi
lia opera antichriſti et maleficarū dici ſigna
mendacia inquantum ſolummodo ad deci-
piendum fiunt iam: et tunc operabitur anti-
chriſtus. Hec thomas di. vij. de virtute de-
monum in operando. Poſſet etiaꝫ hic addu-
ci differētia miraculorum que ponitur in cō
pendio theologice veritatis. et inter mirum
et miraculum. quia cum miraculum proprie
quattuor requirat. ſcilicet ꝙ ſit a deo. et ꝙ ſit
preter exiſtentiā nature. cōtra cuius ordinem
fit. et tercio ꝙ ſit euidēs. et quarto ꝙ ad fidei
corroborationem. quia ergo in operibus ma
leficarum primū et vltimum ad minus defi-
ciunt. ideo mira opera nō autem miracula di
ci poſſunt. Ea etiam ratione. quia ⁊ ſi aliquo
modo miracula dici poſſunt: quia tamē que
dam ſunt ſupra naturam. quedam cōtra na-
turam. quedaꝫ preter naturā. Et ſupra natu
ram ſunt illa in quibus nō eſt ſimile in natu-
ra nec in eius potentia. vt virginē parere Cō
tra naturam vt que fiunt vſu cōtrario natu-
re terminantur autem ad cōforme nature. vt
ceci illuminatio. Et preter naturam: vt que
fiunt ordini ſimile nature nō tamē per prin-
cipium nature. vt in mutatione virgaruꝫ in
ſerpentes quod natura facere potuiſſet ꝑ lon
gam putrefactionē propter rationes ſemina
les. ſic etiam opera magorum dicentur mira
bilia. Rem geſtam narrare expedit et paulu-
lum eius declarationi inſiſtere. Eſt oppiduꝫ
in dioceſi Argentinenſi cuius nomen occul
tare ordo charitatis et honeſtatis poſtulat.
In quo laborator quadā die dum ligna ad
cōburendū dumtaxat in domo ſecaret. Cat-
tus quidam nō parue quātitatis ipm̄ mole-
ſtare ei importune ſe obijciēdo niſus eſt. quē
abiendo ecce alius maioris quātitatis ſimul
cum priori acrius ipm̄ aggrediuntur quos
iterum vbi repellere volebat: ecce tres pariter
et iam verſus vultum ſaliendo iamq̄ inter
tibias morſibus lacerando ipm̄ aggrediun-
tur. Perterritus inde et vt retulit maiori an
xietate nunq̄ perplexus ſigno crucis ſe mu-
niendo et opus pretermittendo per inciſa li-
gna cattos infeſtos ⁊ modo ad faciem modo
ad guttur denuo ſaltantes iam vnam ad ca-
put iam alteram ad pedes aut ſuper dorſum
percutiendo vix abegit. Et ecce poſt hore
ſpacium dum iterū ſuo operi inſiſteret duo
famuli oppidi conſulum tanquaꝫ malefacto-
rem ipm̄ capientes ad preſentiam balini ſeu
iudicis ducere volebant qui iudex a longe
ipm̄ aſpiciens. Nec audientiam ſibi preſtare
volens: imperat vt ad ꝓfundum cuiuſdā tur
ris ſeu carceris vbi plectendi includebantur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad mortem proiiceretur. Eiulans ille et cur
talia pateretur cum in nullo crimine ſe con-
ſcium agnoſceret per triduũ cuſtodibus car-
ceris queruloſe lamentabatur. Et hi quidez
quanto pro audientia ſibi preſtanda ampliꝰ
inſtarent Tãto acrius iudex ira ſeuiebat ver
bis contumelioſis aſſerens quomodo tantꝰ
malefactor adhuc reatum ſuum nõ agnoſce
ret. aut quomodo ſe innocentem proclama-
ret cum euidẽtia facti eius flagicia horrẽda
demonſtrarent. Et cum hi nil proficerẽt ta-
men ſuaſu aliorum conſulum iudex inductꝰ
audientiã ſibi preſtare habuit. Eductus ita-
ꝫ de carcere cuz ante iudicem ſtaret et iudex
ipſum intueri renueret. pauper genubus ali
orum circumſedentiũ ꝓuolutus petiit vt cau
ſa ſue calamitatis ſibi aperiretur. ſicꝫ iudex
in hec verba prorupit. Tu ſceleſtiſſimus ho
minũ quomodo tua flagitia nõ recognoſcis
Ecce tali die et tali hora tres matronas pre-
cipuas huiꝰ ciuitatis vulneraſti vt in lectis
decumbẽtes nec ſurgere aut mouere ſe valẽt.
Refocillatus pauper et de die et hora ac de
euentu rei apud ſe ruminans dixit. En diebꝫ
vite mee mulierem nunꝗ̃ percuſſi aut verbe-
raui. et ꝙ tali die et hora ſectioni lignorũ in-
ſteti: teſtium legitima porductione probabo.
Sed et veſtri familiares ſequenti hora huic
operi me inſiſtentem cõparuerũt. Tunc ite-
rum furibundus iudex. Ecce ait quomodo
ſcelera ſua palliare nititur. Mulieres verbe
ra deplangunt demonſtrant et ꝙ eas percuſ-
ſerit publice teſtantur. Tunc pauper ampli
us ſuper euentuz rei ruminans. Illa inquit
hora creaturas me percuſſiſſe recolor nõ au-
tem mulieres. Attoniti circumſedentes et vt
cuiuſmodi creaturas percuſſerit reſerari cu
piunt. Tunc ille rem geſtam et prout ſupra
tactum eſt omnibus ſtupentibus recitauit.
Et intelligentes opus demonis fuiſſe pau-
perem ſolutum et illeſum abire et ꝙ negociũ
nulli reuelaret precipiunt. Sed nec a fidei ze
latoribus qui et interfuerant euentus occul-
tari potuit. ſuper quem modum aliqua diffe
rendo. An ne demones in aſſumptis ſic effi-
giis abſꝫ preſentia maleficarum apparuerũt
aut earũ corporalis preſentia preſtigioſo ar-
tificio in beſtiales illas formas tranſmutata
fuerit. Reſpondendo cõcludere oportet. Q
licet vtrũꝫ virtute demonũ fieri poſſit. ipm
tamen ſecundũ factum fuiſſe amplius preſu
mitur. Nam motum localem vbi demones
in effigiis cattorum laboratorem inuaſerũt·
etiã laboratoris ictus ⁊ verbera cattis illata
mulieribus in domo reſidẽtibꝫ ſubito et ꝑ ae
rem inferre potuiſſe. et hoc ppᵗ pactũ mutuo
dudũ initũ nemo dubitat Sic eniz leſionẽ
vel puncturam quã inferre volunt ſciunt ali
cui imagini depicto vel fuſo vbi aliquẽ male
ficiare volunt ꝙ nõ illi imagini ſed illuz quẽ
preſentare habet iuxta puncturas ſuper ima
gines factas ledunt. Varia ſuper hunc mo-
dum geſta deduci poſſent. Nec valet inſtan-
tia ſi quis obiiceret illas mulieres ſic leſas for
taſſis fuiſſe innocentes. eo ꝙ et per exempla
tacta leſiones etiam innocentibus poſſe con-
tingere patet. Dum aliquis ignoranter per
imaginem artificialez a malefica leditur in-
ſtantia nõ valet. quia aliud eſt a demone per
maleficam ledi. et aliud per ipm demonẽ abſ
ꝫ malefica. quia demon per ſe in effigie ani-
malis tunc verbera ſuſcipit quando alteri ſi-
bi per pactum coniuncto infert. Et quando
cum eius cõſenſu ad talem apparitionem ſub
tali forma et modo ſe ingeſſit. Unde ſic tan-
tummodo noxios et ſibi per pactum cõiun-
ctos nocere poteſt et nullo modo innocẽtes.
Per maleficas autẽ vbi demones ledere que
runt tunc etiam innocentes permiſſione di-
uina in vltionem tanti criminis ſepe affligũt
verum ꝙ etiam demones per ſe interdũ deo
permittente et innocentes ledunt et dudum
Job ſanctiſſimũ leſerunt. ſed ibi nõ fuerunt
nec viſus fuit diabolus huiuſmodi preſtigio
ſis apparitionibus prout in tali facto ⁊ per ta
le fantaſma catti quod animal perfidorũ eſt
appropriatum ſignum: ſicut canis predicato
rum in ſcripturis. Unde ſemper mutuo ſibi
inſidiantur. Et ordo predicatorum ſub figu
ra cattuli latrantis in primo fundatore ad-
uerſus hereſes premonſtratus fuit. Preſumi
tur autem ꝙ per ſecundum modum malefi-
ce ille tres laboratorẽ inuaſerunt. tum ꝙ pri
mus modus non tantum eis placuiſſet. tum
quia ſecundus earum curioſitati magis cõ-
gruit. In quo etiam talis ordo circa tria ſer-
uatus fuit. Primo ꝙ ad demonũ inſtantiaz
ſollicitate ſuper hoc fuerunt et non demones
ad inſtantiam maleficarũ. Sic enim ſepiſſi-
me ex earum faſſionibus repertũ eſt a nobis
ꝙ ad inſtantiam demonum eas continue ad
mala perpetranda infeſtantes plura habent
facere. Et veriſimile ꝙ de ſe non cogitaſſent
pauperem moleſtare. Cauſa autẽ quare de-
mones ad hoc ſollicitabant ſine dubio exti-
tit ꝙ quia bene noſcunt vbi crimina manife
ſta impunita remanent amplius deus offen
ditur. fides catholica dehoneſtatꝰ: et ipſarum

numerus amplius augmentatur. Secūdo.
habito earum cōſenſu demones earū corpo=
ra localiter tranſtulerunt ea facilitate qua et
ſpiritualis virtus preſtantior corporali exi=
ſtit. Tercio ꝙ preſtigioſa apparitione modo
quo ſupra tactum eſt in formas illas beſtia=
les cōuerſe ipm laboratorē inuadere habue=
runt. nec defenſe a verberibus ſicut vtiqꝫ ea
facilitate qua tranſlate fuerant eas defendere
potuiſſent. ſed verberari et verberatorē mani
feſtare permiſerunt: ſcientes illa flagicia per
effeminatos viros nullū zelum fidei haben=
tes remanere ob cauſas ꝑtactas impunita.
Alludit quod legitur de quodam ſancto vi
ro qui dum ſemel predicantē diabolū in for=
ma ſacerdotis deuoti in eccleſia reperiſſet. et
per ſpiritum ipm demonē agnouiſſet eſſe ver
ba ſua obſeruauit. et an bene vel male popu=
lum informaret attendebat. Et dum ipm ir=
reprehenſibilem et potius criminū obiurga=
torem perpendiſſet. finito ſermone eo accerſi
to dum cauſaʒ ſuper his q̄reret reſpōdit. Ec
ce veritatē dico ſciens ꝙ dum auditores ſint
verbi et nō factores amplius deus offendit
et lucrū meum augmentat.

¶ De modo quo demones per maleficarum operationes homines interdum ſubſtantialiter inhabitant.

Capitulum. x.

Quia in ꝑcedenti capitulo tactū eſt
qualiter demones etiam capita ho
minum aut alias partes corporis
occupare et intrare et ſpecies inte=
riores de loco ad locuʒ mouere poſſunt. Du
bitare q̄s poſſet. An ne ex toto homines ad
inſtantiā maleficarum obſidere poſſent. Et
de diuerſis modis obſidendi abſqꝫ malefica
rum inſtantia. Unde pro harum declaratio
ne tria ſunt declaranda. Primo de diuerſis
modis poſſidendi. Secūdo ꝙ ad inſtantiā
maleficarū diuina permiſſione demones in=
terdum omnibus illis modis poſſidēt. Ter
cio acta ⁊ geſta ſuꝑ hec ſunt deducēda. Quo
ad primum. ſecluſo illo generali modo quo
diabolus hominē cum quolibet peccato mor
tali inhabitat. De quo modo ſanctus Tho=
mas quolib. iij. q. iij. ſub dubio. An diabo=
lus ſemper ſubſtātialiter inhabitat hominē
quandocūqꝫ peccat mortaliter. Cauſa dubi=
tationis eius ſit ꝙ cum ſpiritus ſanctus ſem
per inhabitat hominē cum gratia. Iuxta il=
lud. i. ad Corinth. iij. Templum dei eſtis et
ſpiritus dei habitat in vobis. et gratie oppo=
nitur culpa et oppoſita habent fieri circa idē

Ubi etiā declarat ꝙ quia inhabitare hoīem
ꝑt intelligi dupliciter Uel q̄tum ad aīaʒ vel
quantū ad corpus. Et primo modo cum nō
eſt diabolo poſſibile inhabitare animā eo ꝙ
ſolus deus menti illabitur. Nec iterum dia
bolus ita eſt cauſa culpe ſicut ſpiritus ſanctꝰ
efficit in anima per ſe operando. Ideo ſimili
tudo nō valet. Quantū vero ad corpus dice
re poſſumus ꝙ dupliciter diabolꝰ poteſt in=
habitare hominē. ſicut etiam dupliciter ho=
mines reperiuntur vel in peccato vel in gra=
tia exiſtētes. Primo modo dicere oportet ꝙ
quia ex quolibet peccato mortali homo ſerui
tuti diaboli addicitur inquantū diabolꝰ in=
terdum exterius ſuggeſſit peccatū: vel quan
tum ad ſenſum: vel q̄tum ad imaginationē.
Ideo dicitur inhabitare affectum hominis.
cum ad quemlibet motuʒ tentatōnis mouet
ſicut nauis in mari ſine gubernatore. Poteſt
etiam diabolus hominem ſubſtantialiter in=
habitare ſicut patet in arrepticijs. Et q2 hoc
magis pertinet ad rationem pene q̄ȝ culpe vt
patebit Et pene corporales nō ſemper conſe
quuntur culpaʒ: ſed quandoqꝫ peccantibus
et nō peccantibus inferuntur. Ideo ⁊ in gra
tia et extra gratiam exiſtentes ſm̄ altitudinē
incōprehenſibilium iudiciorum dei inhabi=
tare ſubſtātialiter poſſunt. Et hic modꝰ poſ=
ſidendi: licet nō ſit noſtre ſpeculationis. po=
nitur tamē ne alicui impoſſibile videatur ꝙ
etiam dei permiſſione homines a demonibꝰ
ad inſtantiam maleficarū ſubſtantialiter in=
terdum inhabitant. Poſſumus ergo dicere
ꝙ ſicut quinqꝫ modis demones per ſe abſqꝫ
maleficiis homines ledere et poſſidere poſſūt
ita et omnibus illis modis ad inſtantiā ma=
leficarum cum extūc ſicut amplius deus of=
fenditur. ita et maior ſeuiendi in homines ꝑ
maleficas demoni permittitur facultas. Et
modi perfunctorie recitādo hi ſunt dempto
eo ꝙ vexant aliquando in bonis fortune exte
rioribꝰ ꝙ aliquando etiam aliquos in pro=
prijs ledunt tantummō corporibus. Aliqn̄
in corporibus ſimul ⁊ in potentijs interiori
bus. Aliquādo ſolum tentant intus et extra.
Alios vſu rationis ad tempus priuāt. Ali=
os velut beſtias irrationales reddūt. De ſin=
gulis dicamus. Sed prius quinqꝫ cauſas
propter quas deus permittit homines poſſi
deri premittamus. quia hūc ordinem ſerua=
re materia poſtulat. Naʒ aliquādo quis poſ
ſidetur pro maiori ſuo merito. Aliquādo ꝓ
alieno leui delicto. aliquando pro ſuo venia
li peccato. aliquando pro graui peccato alie=
no. aliquando pro magno facinore proprio.

Et his omnibꝫ de cauſis nulli dubiū quin
et deus ad inſtantiam maleficarum per de-
mones etiam ſimilia fieri interdum permit-
tat. et ſingula ex ſcripturis et nō per noua ge
ſta tantū probare expedit. cum ſemper noua
per antiqua roborantur. Nam de primo pa-
tet in dialogo Seueri beati Martini chariſ
ſimi diſcipuli. vbi fertur quendā patrem ſan
ctiſſime vite tanto dotatum in gratia expellē-
di demones vt hi nedum verbis proprijs fu
garentur: ſed etiam eiuſdem patris eplis et
cilitio. et cum coram mundo pater eſſet cele-
berrimus ſe tentari ſenſit vana gloria. cui vi
tio licet viriliter reſiſteret: tamen vt humilia
retur amplius totis precordijs deum preca-
batur. quatenus quinqꝫ menſibus a demo-
ne poſſideretur: quod et factum eſt. Nā cum
ſtatim poſſeſſum vinculari oportebat et om-
nia applicare ſibi demoniacis ꝯmunia. Fini
to autem quinto menſe prorſus et ab omni
vana gloria et a demone liberatus eſt. Sed
ꝙ hac de cauſa quis per maleficiuꝫ alterius
poſſet a demone poſſideri ſicut factum fuiſſe
nō legitur. Ita nec ad preſens affirmatur: li-
cet vt premiſſuꝫ eſt incōprehenſibilia ſint dei
iudicia. De ſecundo autem ꝙ ex alieno leui
delicto aliquis poſſidetur ponit exemplum
beatus Gregorius de beato Eleutherio ab-
bate viro ſimpliciſſimo qui cum prope mo-
naſterium virginū pernoctaret: et ignoranti
ordinauerunt ad ſuam cellam poni paruulū
puerum qui omni nocte vexabatur a demone
Sed eadem nocte a demone liberatus eſt ꝑ
patris preſentiā. Hic cum rem didiciſſet ge-
ſtam et puer iam poſitus eſſet in monaſterio
ſancti viri. et tranſactis multis diebus pau-
lo immoderate letus de liberatione pueri ait
ad cōfratres ſuos. Diabolꝰ ſibi cum illis ſo-
roribus iocabatur. Sed vbi ad ſeruos dei
venit puerum hunc accedere nō preſumpſit.
Et ecce ſtatim diabolus pueruꝫ vexare cepit
Et per lachrymas et ieiunia ſancti viri et cō-
fratrum difficulter ſed eodem die liberatus
fuit. Et quidem vbi ex alieno et leui delicto
quis innocens poſſidetur. Nō mirum ſi ꝑ-
pter veniale ꝓprium: aut propter graue alie-
num peccatum. aut etiam ꝓpter proprium fa-
cinus aliqui etiam ad maleficarum inſtanti-
am per demones poſſidentur. Nam et de ꝓ-
prio veniali peccato patet per Caſſianū coll.
abba. sereni prima. dicentē de moiſe. Moy-
ſes inquit in heremo cum ſingularis et incō-
parabilis vir eſſet ob reprehenſionē vnius
ſermonis quē contra abbatem machariū di-
ſputans: paulo durius protulit quadam ſcꝫ
opinione preuentus diro cōfeſtim traditus
eſt demoni vt hūanas egeſtiones ori ſuo ab
eo ſuppletus ingereret. Quod flagellū purga
tionis gratia dominus intuliſſe videtur. ne
ſcꝫ in eo vel momentanei delicti macula reſi
deret patuit ex miraculoſa curatione. Nam
cōtinuo abbate machario in orōne ſubmiſ-
ſa citius nequā ſpiritus ab eo fugatꝰ abſceſ-
ſit. Simile videtur huic quod Gregoriꝰ pri
mo dialo. refert de moniali que lactucam co-
medit non prius ſigno crucis ſe muniens. et
per beatum. Equitium patrem liberata. De
quarto etiam videlicet pro alieno graui pec
cato aliquem poſſideri ibidem refert beatus
Gregoriꝰ de beato Fortunato epiſcopo. qui
dum diabolum ab obſeſſo homine ꝓpuliſſet.
ſero idem demon in ſpecie peregrini per pla-
teas ciuitatis clamare cepit. O virum ſanctū
fortunatum epiſcopū. Ecce de hoſpitio me
perigrinū proiecit nec vbi quieſcam inuenio.
Tunc quidam cum vxore ſua et filio ſedens
peregrinū inuitauit ſuum ad hoſpitium. et
querendo cauſaꝫ expulſionis eſt gauiſus ſu
per derogatione ſancti viri quam a peregri-
no ficte audiuit. Exinde autē diabolus pue-
rum inuaſit et prunis iniecit ac animā eius
excuſſit. Sicqꝫ pater miſer primū quem rece
piſſet hoſpitio intellexit. Et de quinta cauſa
proprij facinoris ⁊ magni cōmuniter tam in
ſacra ſcriptura qꝫ in ſanctorum paſſionalibꝫ
legimus. Nam et ſic. i. Reguꝫ. xv. Saul in-
obediens deo poſſeſſus eſt. Que omnia vt di
ximus tacta ſunt ne impoſſibile cuiquā vide
atur ſi ob facinorum maleficarū vt aliqui eti
am ad earum inſtantiam poſſideantur. Su-
per quo vt diuerſos modos poſſidendi intel
ligere valeamus. quo ad ſecundū rem geſtā
in medium ꝑducamus. Tempore ſiquidem
Pij pape ſecundi ante iniunctum inquiſitio
nis officium vni e duobus inquiſitoribꝫ hūc
tractatum cōficientibus talis accidit caſus.
Bohemus quidā de dachouo oppido filiuꝫ
vnicum ⁊ ſacerdotem ſecularem ob liberatio
nis gratiam quia obſeſſus erat romam vſqꝫ
perduxit. A caſu auteꝫ dum ego vnus ex in-
quiſitoribus hoſpitiū refectionis gratia in-
traſſem cōtigit: vt tanqꝫ cōmenſalis idem ſa-
cerdos cum patre ad tabulam pariter mecū
cōſederent. Conueſcentes autem et mutuo vt
moris forenſium eſt cōferentes. Idem pater
pluries ſuſpirans. Et ꝙ ꝓſperum iter cōple
uiſſet a deo omnipotenti optabat. cui ex inti-
mis cōpatiendo: que nam ſui itineris et cau-
ſa triſticie eſſet inquirere cepi. Tunc ille filio
audiente q̄ et mihi collateralis in menſa erat

reſpondit. Heu filium habeo a demone ob-
ſeſſum quem ob liberationis gratiā magnis
laboribus et impenſis hucuſqꝫ perduxi. Et
ego. Ubi nam filius eſſet dū inquirerē ꝙ mi
hi collateralis eſſet indicauit. Atterritus ego
paululum et diligenter ipm̄ intuens ꝙ cum
tanta modeſtia cibum ſumeret ⁊ ad queqꝫ in-
terrogata pie reſpōderet. Heſitare animo ce-
pi et ꝙ obſeſſus nō eſſet ſed infirmitatis cau
ſa ſibi aliquid accidiſſe obieci. tunc filius rē
geſtā per ſe narrans ⁊ qualiter quantoqꝫ tem
pore obſeſſus fuiſſet indicauit. Mulier inq̄t
quedā malefica hāc mihi infirmitatē ꝯtulit.
briganti enim cōtra eam ratione cuiuſdā di-
ſplicentie circa regimen curie cum eam duri-
us increpaſſem quia ceruicoſe volūtatis erat
dixit. ꝙ poſt paucos dies haberem intende-
re his que mihi cōtingerent. Sed et demon
in me habitans hoc idem refert ꝙ maleficiū
ſub quadam arbore poſitū ſit a malefica. qd̄
niſi amoueatur nō potero liberari: ſed nec ar-
borem vult indicare. At ego nec minimā ſu-
is dictis fidem adhibuiſſem niſi experientia
me protinus edocuiſſet. Nam interrogatus
a me de interuallo temporis vt preter cōſue-
tum modū obſeſſorū tante ſue rationis eſſet
capacitatis. Reſpondit. vſu rationis tantū-
modo priuor quādo diuinis aut vacare aut
ſacra loca viſitare voluero. Precipue autem
demon ex ſuis verbis ꝑ me ꝓlatis dixit. Ex
ſicut maiorē diſplicentiā hactenus in ſermo
nibus ad populū ſibi feciſſem: ita vt nūc nul-
lo modo me p̄dicare ſineret. gratioſus enim
ex relatu patris p̄dicator extitit et omnibus
amabilis. At ego inquiſitor cum de ſingulis
certificari volebam. per quindenā et vltra ad
varia ſanctorū limina ipm̄ deducere decreui
Precipue autē ad eccleſiam ſancte praxedis
virginis vbi pars ſtatue marmoree: cui in ſua
flagellatione ſaluator noſter alligatus fuerat
et ad locum in quo petrus apoſtolus crucifi
xus fuerat. in quibus locis horribiles eiula-
tus dum exorcizabatur emittebat. iam aſſe-
rens ſe velle exire: poſt paululū vero minime
Et vt premiſſum eſt in omnibus moribus
manſit ſacerdos cōpoſitus et ſine omni nota
niſi dum exorciſmi incipiebantur. et illis fi-
nitis dum ſtola de collo amouebatur. ex tūc
iterum nec minimū irrationalē aut inhone
ſtum motū demonſtrabat. Hoc dempto dū
eccleſiam aliquā pertranſeundo genua ꝓ ſa-
lutatione virginis glorioſe flectebat. Tunc
diabolus eius linguam in longum extra os
ſuum emittebat. Et interrogatus. An nō ab
illo ſe poſſet cōtinere. reſpondit. Hoc facere
minime valeo ſic enim vtitur omnibus mem
bris et organis collo lingua pulmone ad lo-
quendum vel eiulandū dum ei placet. Ex au
dio quidem verba que ſic per me et ex mem-
bris meis loquitur. ſed reſiſtere omnino nō
valeo. et quāto deuotius orationi aliqua in-
ſiſtere affectarem tāto acrius me impugnat
linguam emittendo. Et quoniā columna in
eccleſia ſancti petri ex templo ſalomonis cir-
cumferrata exiſtit. per cuius virtutē plures
licet a demonibus obſeſſi liberantur. eo ꝙ et
chriſtus predicādo in templo illi ſe appodiaſ
ſet: hic tamē occulto dei iudicio liberari non
potuit. Alium modum ꝓ ſua liberatione ſi-
bi diſponendo. licet enim per integrum diē
et noctem circa columnā incluſus manſiſſet.
tamen ſequenti die poſt varios exorciſmos
ſuper eum perlectos dum circumſtaret popu
lus et magnus fieret cōcurſus. Et interoga-
tus in qua p̄te columne ſe chriſtus appodiaſ
ſet. tunc dentibus mordendo columnam lo
cum demonſtrabat: eiulans. Hic ſtetit. hic
ſtetit. Ultimatim tamē dixit. Nolo exire. Et
cum interrogaretur: qua de cauſa. Reſpōdit
propter lombardos. Et interrogatꝰ denuo.
Cur ꝓpter lombardos egredi nollet. Tunc re
ſpondit in italica lingua cum tamen infir-
mus ſacerdos illud ideoma ignoraret dicēs
Omnes faciunt ſic et ſic. noiando peſſimū
vitium luxurie. At ſacerdos poſt hoc me in-
terrogando dixit. Pater: quid ſibi volūt hec
verba italica que ex ore meo ꝓtulit. Cui cum
indicaſſem. reſpondit. Uerba quidē audiui
ſed intelligere nō potui. Et quia vt rei proba
uit euentus hoc demoniū erat de genere illo
de quo ſaluator in euangelio. Hoc genꝰ de-
moniorum nō eijcitur niſi in oratione et ieiu
nio Ideo quidā venerabilis epiſcopus ꝑ tur
cos vt fertur a ſede expulſus pie illi cōpatiēs
per totū quadrageſimale tp̄s in pane ⁊ aqua
ieiunijs et orōnibus et exorciſmis quotidie
inſiſtens ipm̄ ꝑ dei gratiā tandē liberauit et
ad ꝓpria cum gaudio remiſit Sup̲ quo licet
ſine miraculo nullꝰ in hac vita poſſit ſufficiē
ter diſſerere q̄bus et q̄t modis demon hoīes
poſſideat vel etiā ledat. Poſſumꝰ tn̄ dicere ꝙ
quinqꝫ modis. dēpto eo ꝙ in rebꝰ fortune ex
terioribꝰ aliqn̄ tm̄ ledūt. Nā aliqui in ꝓprijs
tm̄mō vexātur corporibꝰ. aliqui in corp̄e ſi-
mul et in potētijs interioribꝰ. aliqui in potē-
tijs tm̄mō interioribꝰ. aliqui caſtigatōe eorū
ad tp̄s tm̄mō vſu rōis priuant̄. Aliqui vero
velut beſtie irrōnales reddunt̄ Prefatū ſacer
dotē quarto modo poſſeſſum fuiſſe declarat̄.
Nā nec in rebꝰ fortune nec in ꝓprio vexatus

corpore fuit ꝓut cõtigit beato Job vbi deus
demonem licentiaſſe manifeſte ſcripturã ſu-
per hoc tradit dicẽs ad ſathan. Ecce vniuer
ſa que habet in manu tua ſunt tm̄ in eum ne
extendas manum tuam et hoc in res exterio
res. In corpus vero poſtmodũ ait. Ecce in
manu tua eſt veruntamen animã eius ſerua
id eſt vitam eius ne auferas. Poteſt etiam di
ci ꝙ tercio modo ſcilicet in potentijs anime
interioribus ſimul et corpore vexatus fuit:
cum dicebat vt Job. vij. habetur. Ad domi
num ſi dixero. cõſolabitur me lectulus me-
us ⁊ releuabor loquens mecũ in ſtratu meo.
terrebis me per ſomnia et per viſiones horro
re cõcuties demone ſcilicet ꝓcurante ſm̄ Ni
colaum de lira. et ſm̄ Tho. Terrebis me per
ſomnia que ſcꝫ dormienti apparent. et per vi-
ſiones que ſcilicet apparent vigilanti ab vſu
exteriorum ſenſuum alienato. ſolent enī fan-
taſmata informata diurnis cogitationibus
eſſe in terrorem dormientiũ. Et hec operabã
tur in eo ex infirmitate corporis. Unde ſic
cõſolatione vndiqꝫ ſecluſa nil remedij vide-
batur Job euadendi tot anguſtias niſi per
mortem horrore inquit cõcuties. Quibꝫ mo
dis et malefice homines ledere per demones
nemo dubitat ꝓut et in ſequentibus patebit
qualiter per grandines in rebus fortune ⁊ in
corpora animaliũ et hoĩm leſiones inferunt
Et terciꝰ etiã modus ledẽdi eſt in corpe et in
interioribus potẽtijs abſqꝫ priuatione vſus
rationis. Patet ex earum operationibꝫ vbi
vt ſupra tactum eſt adeo mentes hominum
ad illicitas affectiones incendunt ꝙ neceſſa-
rio etiam nocturno tempore ad amaſias per
longa terrarum ſpacia currere habent. fiſco
carnalis amoris nimiſ illaqueati. Poteſt ad-
duci et illud qđ in haſſia oppido margburck
cõtigiſſe dicitur de quodam obſeſſo etiam ſa
cerdote. dum in exorciſmis demon interro-
garetur: quanto tempore ſacerdotem inhabi
taſſet. Reſpondiſſe fertur. ſeptẽ annis. Et cũ
exorciſta obijceret. Cum vix per tres menſes
eum vexaſti: reliquo tempore vbi eras? Re-
ſpodit. In corpore ſuo me occultabã. Et ille
In qua parte corporis vbi inquirebat. reſpõ
dit. vt plurimũ in capite. Et denuo vbi nam
fuiſſet quãdo diuina celebraſſet et ſacramen
tum ſumpſiſſet requiſitꝰ: dixit. Sub lingua
eius me occultaui. Et ille. Miſer: qua teme-
ritate ad preſentiã creatoris tui nõ aufugiſti.
Tunc demõ. Nunquid ſub ponte ſe nequã
occultare poteſt donec deſuper vir ſanctus
pertranſibit. dummodo greſſus nõ fixerit: di
uina tamẽ cooperante gratia liberatus fuit.

ſiue verum ſiue ficticium ꝓtulerit: cum men
dax ſit et pater eius. Quartus modus appli-
catur ad prefatum poſſeſſum rome liberatũ
ſub hac declaratione. ꝙ demon poſſit illabi
corpori licet non anime cum hoc ſoli deo ſit
poſſibile. Illabi etiam corpori nõ tamẽ infra
terminos eſſentie corporis. hoc inquã decla
rando habetur modus quo demones ſubſtã
tialiter interdum homines inhabitant: et ad
tempus tantummõ vſu rationis priuãt. Et
quidem hoc ſic declaratur. Nam dicere poſ-
ſumus ꝙ corpus habet terminos duplicis
rationis. ſcꝫ quãtitatis et eſſentie. Unde qñ
angelus quicunqꝫ bonus vel malus operat
infra terminos corporis: operatur infra ter-
minos corporalis quãtitatis. Et ſic etiã illa-
bitur corpori operando circa potẽtias quãti
tatiuas. ſic etiam boni angeli etiam imagina
rias in bonis viſiones operant. Nunqꝫ au-
tem dicũtur illabi eſſentie corporis. quia nõ
poſſunt illabi vt pars neqꝫ ſicut virtus. Nõ
ſicut pars quia alia et alia eſt eſſentia vtrobi-
qꝫ. Non ſicut virtꝰ quaſi dans eſſe: quia ſuũ
eſſe habet per creationẽ a deo. Unde et ipſe ſo
lus habet intrinſecã eſſentie operationẽ ⁊ cõ
ſeruationẽ q̃diu placitum fuerit ſue pietati
cõſeruando. Unde cõcluditur ꝙ alie omnes
perfectiones ſeu defectus loquẽdo de bonis
quo ad perfectõnes. de malis quo ad defectꝰ
quãdo operantur ſi operant circa corpus et
partes eius vt circa caput illabuntur tali cor-
pori ſuper terminos videlicet quantitatis et
quãtitatiuas potẽtias. Si vero circa animã
tunc iterũ vterqꝫ extrinſece operatur: ſed mo
dis diuerſis. Et dicuntur operari circa ani-
mam fantaſmata illa ſeu ſpecies intellectui
repreſentando. et nõ ſolum ad iudicium ſen-
ſus cõmunis et ſenſuum exteriorũ. Ex quibꝫ
operationibus ſequuntur tentationes a ma
lis angelis et affectiones et cogitationes ma
le per indirectũ operando verſus intellectũ
A bonis autem angelis ſequuntur illuſtra-
tiones fantaſmatũ ad cognoſcendũ reuelan-
da ab eis. vnde et talis diuerſitas eſt ꝙ boni
angeli etiaꝫ directe poſſunt imprimere in in-
tellectum fantaſmata illuſtrando. Mali au
tem neqꝫ illuſtrare dicuntur fantaſmata ſed
potius obfuſcare. Item nec directe imprime
re poſſunt ſꝫ tantummodo indirecte inquã-
tum intelligentem neceſſe eſt fantaſmata ſpe-
culari. Per hec tamẽ etiam angelus bonus
non dicitur illabi anime: licet eam illumi-
net. Sicut nec dicitur ſuperior angelus il-
labi in inferiorẽ. licet eum illuminet ſed tan-
tummõ extrinſece opatur et coopat mõ quo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dictũ eſt: vnde multominus malus illabi po
teſt. Et per hunc modũ demon ſacerdoti cor
pus in tribus occupauit. Primo ꝙ ſicut illa
bi ſuo corpi potuit infra videlicet terminos
corporalis quantitatis. ita caput ſuum occu
pauit ſubſtantialiter illud inhabitando. Se
cundo ꝙ ſicut circa animã eiꝰ extrinſece ope
rari potuit obfuſcando intellectum vt ratio=
nis vſum perderet. Jta etiam potuit vt ſine
intermiſſione vel etiam interpellanti eũ quo
ad amiſſionem rationis vexaret. Licet etiam
dici poteſt ꝙ ex dono dei hoc habuerit ſacer=
dos vt nõ ſine intermiſſione a demone vexa
retur. Tercio ꝙ licet omnibus membris ꝛ or
ganis ad loquendũ et voces ad formandum
priuaretur. ſemper tamen ad verba licet non
ad ſententiã verborum aduertentiam habu=
it. qui modus obſidẽdi plurimũ ab alijs ob=
ſidendi modis differt. cum ꝯmuniter obſeſſi
leguntur ſine intermiſſione a demonibus af
fligi. vt patet in euãgelio tam de lunatico cu
ius pater dixerat ad ieſum. Domine miſere=
re filio meo quia lunaticus eſt et male patit.
Matth. xvij. ꝗ̃ etiam de muliere illa quã ſa=
thanas alligauerat. xviij. annis et erat incli=
nata nec omnino poterat ſurſuz aſpicere Lu
ce. xiij. Quibus etiam modis indubie demo
nes diuina permiſſione ad inſtantiam male=
ficarum vexare poſſunt.

¶ De modo quo omne genus infirmitatis
inferre poſſũt. Et hoc in generali de grauio=
ribus.

¶ Capitulum. xi.

SEd et hoc ꝙ nõ ſit aliqua infirmi=
tas corporalis que a maleficis deo
permittente inferri nõ poſſit. Etiã
ſi ad lepram vel epilenſiam ſe extẽ=
dere habeat. Probari poteſt per hoc ꝙ ꝑ do
ctores nullum genus infirmitatis excipitur.
Nam ſi diligẽter ea que ſuperius tacta ſunt
tam de virtute demonũ ꝗ̃ ad maliciam ma=
leficarum cõſiderant nullã patitur hoc dif=
ficultatem. Nam et nider tam in ſuo ꝑcepto=
rio ꝗ̃ etiam fornicario vbi querit. An male=
fici poſſint veraciter ſuis maleficijs homines
ledere. Et eſt queſtio abſ ꝗ exceptione alicu=
ius infirmitatis etiam ꝗ̃tumcunꝗ incurabi
lis. Et vbi reſpondit ꝙ ſic. querit cõſequen=
ter quibus modis et quibus rebus. Et quo
ad primũ reſpõdit vt ſupra ex prima queſtio
ne prime partis tractatus patuit. Probatur
etiã per Jſidorũ deſcribentis maleficarũ ope
rationes. viij. ethi. c. ix. Malefici dicunt ob
facinorũ magnitudinẽ. hi enĩ elementa cõcu
tiunt ſcꝫ opere demonũ ad tempeſtates cõci=
tandas. mentes hominũ turbant modis vi=
delicet ſupra tactis vſum rationis vel omni=
no impediẽdo. aut grauiter obfuſcando ſub
dit. et abſ ꝗ vllo veneni hauſtu violentia tm̃
carminis, animas interimunt vitam videli=
cet auferendo. Probatur etiam per ſanctum
Tho. in. ij. ſenten. circa di. vij. et. viij. Et in
iiij. di. xxxiiij. Et cõmuniter per omnes theo
logos ibidem ſcribentes ꝙ malefici omnibꝫ
modis poſſunt ꝓcurare leſiones in homini=
bus et eorum rebus cooperante demone in
quibus demon poteſt ſolum ledere vel deci=
pere videlicet in rebus fama corpore vſu ra=
tionis et in vita. vult dicere ꝙ in illis in qui=
bus demon per ſe abſ ꝗ malefica poſſit lede
re poſſit etiaz cum malefica. immo amplio=
ri facilitate propter maiorem diuine maieſta
tis offenſionem vt ſupra tactum eſt. De re=
bus nã ꝗ patet Job. i. et. ij. vt ſupra patuit.
De fama patet in legenda beati Hieronymi
vt refert Jo. an. in hierominiano ꝙ diabolꝰ
ſe transformauit in formam ſancti ſiluani e=
piſcopi in nazareth amatoris Hieronymi.
Qui demon primo feminã nobilez nocte in
lecto procare et ꝓuocare cepit ad luxuriam
verbis. et deinde factis ſollicitauit ad malũ.
que cum clamaret demõ ſub ſpecie ſancti epi
ſcopi ſub lecto femine ſe abſcõdit. vbi requi=
ſitus et inuentus per luxurioſa verba ſe men
titus eſt eſſe epiſcopum ſiluanũ. Jn craſtinũ
igitur ſanctus vir diſparente diabolo diffa=
matus eſt grauiſſime. Que infamia tandem
circa ſepulcrũ ſancti Hieronymi fatente dia
bolo in obſeſſo corpore purgata eſt. De cor=
pore patet in beato Job qui percuſſus fuit a
demone vlcere peſſimo quod exponitur de le
pra. Refert etiam Sigibertus et Vincẽ. in
ſpe. hiſto. li. xxv. c. xxxvij. ꝙ tempore Ludo=
uici ſecũdi imꝑatoris in parrochia magun=
tina quidã demon primo ſepe lapides iecit ꝛ
quaſi mallio ad domos percuſſit. Et deinde
publice loquẽdo furta prodendo et diſcordi
as ſeminando plures inquietauit. Deinde
omnes cõtra vnũ irritauit cuiꝰ hoſpitiũ vbi
cunꝗ manebat incendit. Et ob illiꝰ peccata
oẽs pati affirmauit. Vnde tandẽ tm̃ agros
ꝓ hoſpitio habere potuit. ꝓpter qđ cũ p̄ſbyte
ri letanias celebraret multos iactibꝫ lapidũ
demõ vſ ꝗ ad cruentatõz leſit. aliqñ quieuit.
aliqñ ſeuit. et ꝑ trienniũ iſta ꝯtinuauit quo=
uſ ꝗ oĩa edificia ibi incendio cõſumpta ſunt
Jtem de nocumento vſu rõnis et vexatione
interiorum ſenſuũ probatur ex poſſeſſis ꝛ ar
reptitijs per euangelicas etiã hiſtorias. Jtẽ
de morte et ꝙ de vita etiã quoſdã priuat. Pꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Thobie.vi.de ſeptem viris ſare virginis oc
ciſis qui ꝓpter luxurioſum affectum et ef=
frenem appetitum in virgineʒ ſaram eiuſdem
nō erant digni matrimonio. Quare cōcludi
tur ꝙ ſicut per ſe ita et amplius per malefi=
cas in omnibus nihil dempto hominibꝫ no
cere poſſunt. Uerum vbi querit̄. An huiuſ=
modi leſiones ſint potius demonibꝫ aut ma
leficis imputande. Reſpondetur ꝙ ſicut ꝓ=
pria et immediata actione demones operan
tur infirmitates immittendo. ita et ipſis prin
cipaliter ſunt imputande ſed quia in cōtem=
ptum et offenſam creatoris ſimul et in perdi
tionem animarū querunt huiuſmodi per ma
leficas exercere ſcientes ꝙ per talem modum
ſicut deus amplius irritatur ita et amplius
permittit eis poteſtatem ſeuiendi. quia ⁊ de fa
cto innumera maleficia perpetrant̄ que non
permitterentur diabolo inferre hominibus
ſi per ſe ſolum affectaret homines ledere que
tamen permittuntur iuſto et occulto dei iudi
cio per maleficas ꝓpter earum perfidiam
et catholice fidei abnegationem Unde et eis
iuſto iudicio talia maleficia imputantur ſecū
dario quantumcūqꝫ diabolus ſit actor prin
cipalis. Scopa ergo quam mulier intinge=
ret aque vt pluat et ſurſum in aerem aquam
ſpargendo licet in ſe nō cauſat pluuiam nec
poſſet mulier inde reprehendi. quia tamen ex
pacto cum demone inito. vbi iam vt malefi=
ca talia facit. licʒ demon ſit qui pluuiam cau
ſat. ipſa tamen merito inculpatur. eo ꝙ mala
fide et opere diabolo ſeruit eius obſequijs ſe
tradendo. Sic etiam quādo imaginem cere
am vel ſimile ad maleficiandū aliquem ma=
leficus facit vel quādo maleficio alicuius in
aqua vel plumbo imago apparet quicq̄d mo
leſtie infertur tali imagini cum tale experitur
fieri in imaginato id eſt homini maleficiato.
puta punctura vel alia leſura quecunqꝫ. Li=
cet leſio realiter inferatur imagini per malefi
cam vel alium hominem et inuiſibiliter de
mon maleficiatum hominē eodem modo le=
dit: merito tamen malefice imputatur. quia
ſine ea deus nunqꝫ leſionem inferre diabolo
permitteret. nec diabolus per ſe ledere ipſum
attentaſſet. Sed quia dictum eſt de fama in
qua demones per ſe homines ledere poſſunt
abſqꝫ maleficarum cooperatōne poſſet in du
bium verti. An etiaʒ demones per ſe poſſent
honeſtas mulieres infamare vt tanqꝫ malefi
ce reputarent̄ cum in earum effigie ad male=
ficiandum aliquem apparerent vnde cōtinge
ret talē innocenter infamari. Reſponſio. Ali
qua ſunt premittenda. Primo quia dictū eſt

demonē nihil poſſe efficere abſqꝫ diuina per
miſſione vt in prima parte operis circa vlti=
mam queſtionem patuit. etiam tactum eſt ꝙ
nō eſt tanta permiſſio ſuper iuſtos ⁊ in chari
tate exiſtentes ſicut ſuper peccatores in quos
vtiqꝫ ſicut maiorem habet poteſtatē iuxta il=
lud. Cum fortis armatꝰ cuſtodit ꝛc. Ita vti=
qꝫ plura permittunt̄ a deo in eorum afflictio
nem qꝫ ſuper iuſtos. Demum licet iuſtos in
rebus exterioribus vt fama et ſanitate corpo
ris ledere poſſunt deo ꝑmittente quia tamen
ſciunt hoc eis cedere in augmentum merito=
rium ideo minꝰ eos ledere affectant. Ex qui
bus dici poteſt ꝙ in hac difficultate reſpectꝰ
poteſt haberi ad diuerſa. Primo ad diuinaʒ
permiſſionē. Secūdo ad hominem qui cen
ſetur honeſtus. cum tales nō ſemper ſunt in
charitate exiſtentes ſicut ſunt ſub honeſtate
reputati. Tercio ad facinus in quo innocēs
deberet infamari. qꝛ illud ex ſua radice cun=
cta flagicia mundi excedit. Ideo dicendum
Licet ex diuina permiſſione quiqꝫ innocens
ſiue in gratia cōſtitutus ſiue nō ledi poſſit in
rebus fortune et fama. habendo tamē reſpe=
ctum ad ipm̄ facinus ⁊ grauitatem criminis
cum malefici ſic nuncupantur ob facinoruʒ
magnitudinem. Iuxta Iſidoꝝ ſepe allegatū
Dici poteſt ꝙ hoc vt aliquis innocens predi
cto modo a demone infametur fieri nō eſt be
ne poſſibile iterum multis reſpectibus. Pri=
mo qꝛ cum infamare in vicijs que abſqꝫ pec=
cato expreſſo vel tacito inito cū demone per=
petrantur. vt ſunt furta latrocinia et actus
carnales. Aliud ſit ab infamia ſuꝑ vicia que
nullo modo poſſunt homini imputari aut
ab eo perpetrari niſi ſuper pactuʒ expreſſum
cum demone initum qualia ſunt opera male
ficarum que niſi virtute demonum a malefi=
cis ꝑpetrantur vt vbi homines iumenta aut
terre fruges maleficiantur vnde et eis aliter
imputari nō poſſunt. Ideo licet demon poſ=
ſit hominem de alijs vicijs infamare. de tali
tamē vicio infamare ꝙ ſine eo nō poteſt per=
petrari nō videt̄ bene poſſibile. Preterea huc
uſqꝫ nunqꝫ actum eſt nec repertum vt aliquiſ
innocens ſit per demonem taliter infamatꝰ.
Et ſic ꝓpter talem infamiā morti fuiſſet adiu
dicatus: immo vbi tantummō infamia labo
rat taliſ nulla pena punitur niſi ꝙ canonica
purgatio ſibi indicitur vt in tercia parte o=
peris circa ſecundū moduʒ ſententiandi ma=
leficas patebit. Et licet ibi cōtineatur quod
in caſu dum in purgatione deficeret pro reo
eſſet habēdus. adhuc tm̄ abiuratio ſibi indi=
ceretur anteqꝫ vlterius ſuper penā relapſis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

debitam procederetur. Sed quia circa con-
tingentia laboramus que actu nunq̄ fuerūt
perpetrata. nulli dubium quin et in poſterū
diuina permiſſio fieri nō ꝑmittat. Preterea
et a fortiori propter angelicam cuſtodiā que
nō permittit inſontes in alijs criminibꝫ mi-
noribus infamari. vt in latrocinijs et huiuſ-
modi minus permittet. immo fortius ſue cu
ſtodie deputatū ab infamia talium flagitio-
rum preſeruabit. Nec valet ſi quis acta per
ſanctum Germanū obijceret. quando demo
nes in aſſumptis corporibus et ad menſam
cōſedentibus alias mulieres viris ſuis con-
dormientibus repreſentabant hoſpitē illudē
tes quaſi ille mulieres in ꝓprijs corporibus
ſemper edentes et bibentes aduentarent. de
qua etiaȝ ſupra mentio habita eſt. Quia nec
ibi ille mulieres excuſantur quaſi innocētes
omnino. ſed ꝙ talia mulieribus ſepe accidūt
quod iuxta ca. .xxvi. q. v. epiſcopi. notatur.
Ubi reprehenduntur tales ꝙ dum in imagi
naria ſolummodo illuſione transferātur pu
tant ſe veraciter et corporaliter tranſferri. li-
cet vt ſupra tactuȝ eſt etiam interdū corpora
liter a demonibus vehuntur. Sed ꝙ corpo
rales infirmitates alias omnes nulla dēpta
diuina permiſſione inferre poſſunt. De illo
eſt preſens ſpeculatio. Cōcludendo ex preno
tatis ꝙ ſic. cum nulla fiat a doctoribus exce
ptio. cui et rationē aſſentire oportet cum ali-
as demones ſua naturali virtute cuncta cor-
poralia excedunt vt ſepe tactum eſt. Acta de-
niq̄ et geſta per nos reperta hec affirmant.
Nam licet maior difficultas fortaſſis circa
lepram aut epilenſiam oriri poſſit an videli-
cet talia inferre poſſent eo ꝙ huiuſmodi tan-
tummodo ex diuturnis preuijs interiorum
diſpoſitionibus et defectibus ſolent oriri. ni
hilominus per maleficia interdū eſſe illata
repertum eſt. Nam in dioceſi Baſilienſi in
cōfinibus partium Lotharingie et Alſatie
cum quidam honeſtus laborator quedā ver-
ba dura cōtra rixoſam quandam mulierē ꝓ-
tuliſſet. illa indignata minas adiecit quod in
breui ſe de eo vindicare vellet. Et ille licet mi
nas paruipendiſſet: eadē tamen nocte ſibi pu
ſtulam collo accreuiſſe ſenſit fricando tamē
ſunt ſingulares ꝯcordant tñ in ſubſtantia fa
cti et euidentia facti cōcurrunt. tunc iudicis
cōſcientia ibi onerat̃ ex indirectoꝛio habetur
queſtio quotiēs poſſint teſtes examinari.

Queſtio tercia.

QUod ſi querit̃. Vtrū iudex teſtes poſ
ſit cōpellere ad iurandum de dicenda
eidem in cauſa fidei ſeu maleficaruꝫ
veritatē. Et etiā pluries eos examinare. Re=
ſpondetur ꝙ ſic. ꝓſertim eccleſiaſticus iudex
vt ſupꝛa patuit in. c. vt officiū. §. verū. Et ꝙ
teſtes cogendi ſunt in cauſis eccleſiaſticis ve
ritatē deponere medio iuramento. extra de te
ſti. cogen. c. ꝑuenit. alias teſtimoniū nō va=
lebit. Et extra de hereti. c. excōmunicamus
itaq̄z. §. addicimus. dicit̃. ꝙ archiepiſcopus
vel epiſcopus parrochiā in qua fama fuerit
hereticos habitare circumeat et ibi tres vel
plures boni teſtimonij viros: vel etiam ſi ex=
pedire videbitur totā vicinā iurare cōpellat.
et ſequit̃ infra. Si qui vero ex his iuramen=
ti religionē obſtinatione damnabili reſpuen
tes iurare foꝛte noluerint ex hoc ipo tanq̄z he
retici reputent̃. Qꝫ aūt pluries poſſit exami=
nari. Ita dicit Archi. in. c. vt officiū. §. verū.
ſuper ver. teſtiū. vbi dicitur ſic. Inquiſitoꝛ.
hic aūt iudex debet eſſe ſollicitus vt ſi teſtes
confuſe depoſuerunt. et de cauſa ſcientie mi=
nus plene requiſiti fuerūt ꝙ iterato cum eis
inquirat. Nam hoc de iure fieri poteſt. extra
de teſti. cogendis. vt ſupꝛa tactum eſt. et. ff. de
queſtionibus repeti.

Queſtio quarta de cōditione teſtiū.

QUeſtio ſuper cōditiones teſtiuꝫ: Nō
ta ꝙ excōmunicati. Item participes
et ſocij criminis. Item infames et cri=
minoſi ſerui contra dominos admittunt̃ ad
agendum et teſtificandū in cauſa fidei q̄ua=
cunq̄z. Item ſicut hereticus cōtra hereticum
ad teſtificandum admittitur: ita maleficus
contra maleficum. in defectū tamen aliarum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓbationū et ſemper contra et nō ꝓ. vxor etiam et filij et familiares cōtra et nō ꝓ. ar. per. c. filij. de here. li. vi. et hoc ideo. quia eoꝝ teſtimoniū eſt magis efficax ad ꝓbandū. De primis patet in. c. in fidei. de here. ibidē. In fidei fauorē cōcedimus vt in negocio inquiſitionis heretice prauitatis excōmunicati et participes vel ſocij criminis ad teſtimoniū admittant in defectu aliarū ꝓbationū cōtra hereticos credentes receptatores fautores et defenſores eorū ſi ex veriſimilibꝯ cōiecturis et ex numero teſtiū aut perſonarū tā deponētium ꝙ eoꝝ cōtra quos agitur et deponitur qualitate aut alijs circumſtantijs ſic teſtificātes nō falſa dicere ꝑſumant. De periuris qn̄ ꝑſumitur qḋ deponūt zelo fidei. patet in. c. accuſatus. §. licet. vbi ſupra. vbi dicit. Licet vero periuri et poſt penitentiā repellant ſi tñ hi qui coram ⁊ infra. ſi ex manifeſtis indicijs apparuerit tales nō anime leuitate aut odij fomite ſeu corruptōne pecunie ſed zelo fidei orthodoxe dictū ſuum vellent corrigere ac modo que prius tacuerant reuelare in fauorē fidei niſi aliud obſtiterit ſtari debet tam cōtra ſe ꝙ reliquos atteſtationibus eorundē. Et ꝙ infami et criminoſi et ſerui cōtra dn̄s admittuntur. Archi. in. c. alle. accuſatus. in. §. licet. ſuper verbo exceptū dicit ita. Tāta eſt labes criminis hereſis ꝙ ad eius actionē etiam ſerui aduerſos dn̄os ſuos et quilibet criminoſus. etiā infames aduerſus quemlibet admittuntur. vt. ij. q. vij. §. huic opponit.

Queſtio quinta an inimici capitales ad teſtificandū admittunt.

SI vero querit. Utrū iudex inimicos capitales alicuius delati poſſit in tali cauſa ad teſtificandū ſeu agendum admittere cōtra illū. Reſpondemus ꝙ nō. Unde Archi. vbi ſupra. Nō tamē intelligas ꝙ in hoc crimine inimicus capitalis admittit ad actionē. iij. q. v. c. ij et de ſimo. licet heli. in fine. de hoc etiā ſatis notat Hoſti. in ſum. de accu. §. quis poſſit. ſed qui dicunt inimici capitales. Nota ꝙ qꝛ ſolū rōne inimicitie quis repellit et nō quecunqꝫ repellit ſed capitalis intelligitur: quia mors inter eos eſt de facto illata vel fuit intētata ſeu ea que ſunt ad mortez inductiua aut via vel vulnera grauia et letalia ſunt ſecuta: et ſimilia que ad peruerſitatē et malignitatē agentis cōtra paſſum iudicant manifeſte. ꝓpter quod ꝑſumitur ꝙ ſicut intentauit ꝯtra iſtum mortē corporalē per illū modū ſcꝫ vulnerando. intentaret etiā per iſtū crimen hereſis imponendo. et ſicut voluit ei auferre vitā vellet auferre famā quare tales inimici capitales a teſtimonio legitime expellūtur. Alie vero inimicitie ꝑſertim graues et put etiā faciliter mulieres ad inimicitias cōmouent. et et ſi nō repellunt totaliter tñ dictū eoꝝ debilitant aliqualiter vt nō ſit plena fides eorū atteſtationibꝯ adhibenda. ſed cum alijs adminiculis et alioꝝ teſtiū dictis poſſunt plenam facere ꝓbationē. ꝑſertim vbi iudex delatum interrogat. An ne putet ſe habere inimicū. ꝗ tale crimen ad mortē ſibi ex inimicitia imponere auderet. ſi dicet ita interrogabit que illa ſit perſona. et tunc iudex aduertet ſi illā ꝑſonam de qua ſuſpitio eſt ꝙ ex inimicitia deponat fuerit denotauit. In tali enī caſu vbi iudex etiam de cauſa inimicitie per alios honeſtos informat. et alia adminicula nō occurrūt et alioꝝ teſtiū dicta poterit ſecure talez teſtem repellere. Si vero delata perſona dicet. Nō ſpero aliquē talem habere inimicū licꝫ interdum brigas cum mulieribꝯ habuerim. vel ſi dicet habeo inimicū. ⁊ nō expreſſit debite ſed quendā alium qui fortaſſis nō depoſuit. tūc dicta talis teſtis etiā ſi alij dicerent ꝙ cauſa inimicitie depoſuiſſet. iudex tñ nō debet repellere ſed ad plenā ꝓbationē cum alijs adminiculis cōſeruare. Reperiuntur ꝙ plures minus ꝓuidi et circumſpecti qui hmōi depoſitiones mulierū refutare et annihilare querunt dicētes illis ſtandum nō eſſe. eo ꝙ ſepiſſime cum rixoſe ſint ex inuidia deponere ſolent. Hi quia ignorant aſtutias et cautelas iudicum loquunt et iudicant vt ceci de coloribus. de quibꝯ aſtutijs in. xi. et. xij. queſtione patebit.

Secunda pars qualiter ꝓceſſus eſt cōtinuandus queſtio ſexta. Et qualiter teſtes ſunt examinandi in pn̄tia quattuor aliarū ꝑſonarum. et qualiter delata eſt interroganda dupliciter.

IAm nunc ſexto querit qualiter ꝓceſſus hmōi aduerſus maleficas in cauſa fidei ſit cōtinuandus. Cōſiderandū eſt primo ꝙ quia in cauſa fidei ꝓceditur ſummarie ſimpliciter et de plano et abſqꝫ aduocatorū et iudicioꝝ ſtrepitu et figura. vt patet. c. ſtatuta. li. vi. qualiter etiā iſta verba intelligant patet extra de ver. ſig. c. ſepe cōtingit. in cle. vbi dicit. Sepe cōtingit ꝙ cauſas cōmittimus et in eorum aliquibus ſimpliciter et de plano ac ſine ſtrepitu et figura iudicij ꝓcedi mandamꝰ de quorum ſignificatione verboꝝ a multis cōtenditur et qualiter ꝓcedi debeat dubitatur. Nos aūt dubitationē huiuſmodi ꝙtum eſt nobis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſſibile decidere cupientes hac in perpetuū valitura cōſtitutione ſancimus. vt iudex cui taliter cauſam cōmittimus neceſſario libellū nō exigat: litis cōteſtationem nō poſtulet. tp̄e feriarū ob neceſſitates hoīm indultarū a iu=re ꝓcedere valeat. amputet dilationē. materi=am litis ꝗ̃tum poterit faciat breuiorē. exce=ptiones appellationes et dilatōes fruſtratori=as repellendo. partiū aduocatoꝝ et ꝓcurato=rum cōtentiones ⁊ iurgia. teſtiūq; ſuperfluā multitudinē refrenando. nō ſic tn̄ iudex litē obruat: quin ꝓbationes neceſſarie admitten=tur citationē vero ac ꝓteſtationē iuramenti de calumnia ſiue de dicenda veritate ne veri=tas occultet̄ per cōmiſſionē huius intelligi=mus nō excludi. hec ibi. Et qꝛ ꝓceſſus vt vi=ſum eſt ſupra eſt tripliciter incipiendus. quia vel ꝓpter inſtantiā accuſatoris. vel ꝓpter zelū denunciatoris. vel ꝓpter clamorē fame labo=rantis. et ꝓceſſus qui fit ad inſtantiā ꝑtis ac=cuſantis iudex in hac materia nō debet acce=ptare. cum maleficarū facta opere demonuꝫ occultant̄. nec accuſator ꝑ euidentiā facti ſi=cut in alijs criminalibus ꝓcedere et ſe defen=dere pt̄. immo cōſulere debet accuſatori ꝙ a=moueat verbū accuſationis et ponat denun=ciationis. ⁊ hoc ꝓpter accuſatoris graue ꝑicu=lum. Ideo ſuꝑ ſecundū modū qui et vſitat⁹ et ſimiliter ſuꝑ terciū in quibꝫ ꝓceditur ⁊ nō ad inſtantiā ꝑtis. Notandū ꝙ qꝛ dictū eſt in precedentibꝫ ꝙ iudex ſpecialiter debet inter=rogare denunciantē qui ſciunt cū eo in tali cauſa et qui pn̄t ſcire. Ideo iudex faciet cita=ri illos teſtes quos denuncians intimauit. et qui magis vident̄ ſcire in facto: et ſcriptor cōtinuabit ꝓceſſum ſcribendo ſic. Poſt que attendens ip̄e iudex denunciata ſibi hereti=calia antedicta fore ex ſui natura eſſe talia et tam grauia que nō poſſunt nec debent cōui=uentibus oculis tolerari. cum cedant in ob=probrium diuine maieſtatis. et tā fidei catho=lice ꝗ̃ reipublice detrimentū. deſcendit ad ſe informandū et ad teſtes examinandū per mo=dum qui ſequitur.

¶ Interrogatoria ſuper teſtes.

Talis teſtis de tali loco citatus iurat⁹ et interrogatus ſi cognoſcit talē expri=mendo nomen delati. Et dixit ꝙ ſic. Itē interrogatus de cauſa cognitōis ⁊ dixit ꝙ ꝓ eo ꝙ vidit et locutus eſt ſibi pluries. vel ſic vel alias qꝛ fuerunt ſocij ⁊ exprimenť cau=ſe cognitionis.

¶ Item interrogatus de cognitōis tp̄e. et di=cit ꝙ ſunt decē anni vel tot.

¶ Item interrogatus de fama illius et p̄ſer=tim ad ea q̄ ſunt fidei. Et dixit ꝙ quo ad mo=ralia eſt homo bone fame vel male. ꝗ̃tum au=tem ad ea q̄ ſunt fidei dixit ꝙ eſt fama in tali loco ꝙ practicat aliqua cōtra fidem vt male=ficus ¶ Item interrogatus quid eſt fama. et dixit. ¶ Item interrogatus ſi vidit vel audi=uit talem talia facientē et dixit.

¶ Item interrogat⁹ vbi audiuit dici ſupradi=cta. et dixit ꝙ in tali loco.

¶ Itē interrogatus in quorū p̄ntia. et dixit ꝙ illorū. ¶ Itē interrogatus ſi ex ſua cōſan=guinitate aliqui ꝓpter maleficia fuiſſent du=dum incinerati vel ſuſpecti habiti. et dixit.

¶ Item interrogat⁹ an cū ſuſpectis malefi=cis habuit familiaritatē. et dixit.

¶ Itē interrogat⁹ de mō et cā ꝙ dicta fuerūt Et dixit ꝙ ea de cauſa et tali mō.

¶ Itē interrogatus ſi videt̄ ſibi ꝙ talis dixit ſeu fecerit trufatorie ſeu recitatorie ſeu aīo in=deliberato vel potius aſſertiue et aīo delibe=rato. Et dixit ꝙ credit ꝙ fecerit ſupradictā iocoſe et trufatorie ſeu recitatiue et nō aīo ſic credendi vel aſſertiue.

¶ Item interrogatus de cauſa credentie hu=ius. Et dixit ꝙ credit ꝓ eo ſic. qꝛ ille qui di=cebat ridendo dixit. Et de iſtis eſt multū dili=genter inquirendū. qꝛ nonnūꝗ̃ dicūt aliqui recitando alioꝝ verba vel trufando vel cōfe=rendo vt alios alliciant vel incitent. licet eti=am interdū aſſerēdo vel affirmando.

¶ Itē interrogatus ſi hec deponit odio vel rancore ſeu dimittit amore vel fauore. Et di=xit ꝙ ⁊c̄. Et ſequit̄ iniunctū eſt ſibi tenere ſe=cretū. Acta ſunt hec in tali loco die tali in p̄=ſentia taliū teſtiū vocatoꝝ et rogatorū. et mei notarij ſeu ſcriptoris. Ubi ſemper aduerten=dum ꝙ in tali examine ad min⁹ ꝑſone quin=q; debent p̄ntes eſſe. ſcꝫ iudex inquirēs. te=ſtis vel denunciās. reſpondēs vel ip̄e delat⁹ poſtea cōparēns. Tercius eſt notari⁹ ſeu ſcri=ptor. vbi deeſt notarius et tunc adiungat ſi=bi alium honeſtū q̄ duo ſupplebūt vices no=tarij vt ſupra tactum eſt. et hoc apoſtolica au=ctoritate qua tunc in illo actu fungunt̄. vt ſu=pra in. c. vt officiū. de here. li. vi. Et duo ho=neſti viri tanꝗ̃ teſtes eoꝝ qui deponunt̄. Itē aduertendū ꝙ teſtis citatus debet etiā eſſe iu=ratus. i. vt preſtet iuramentū mō quo ſupra de dicenda veritate. alias falſe inſcriberetur citatus et iuratus. ¶ Cōſimiliter examinen=tur alij teſtes. Quibꝫ examinatis. Si iudex videat factum eſſe probatū plene: vel ſi non plene tamē eſſe maxima indicia et ſuſpitōes vehementes. Et nota ꝙ loquimur nō de leui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuſpitione que ex leuibus cōiecturis oritur.
ſed ꝙ multū diffamata eſt ſup malefícia pue=
rorum iumentoꝝ ꝛc̄. Tunc iudex ſi timet de
fuga delati vel delate faciat cū capi. Si autē
nō timet de fuga faciat eū citari. Et ſiue capi
atur ſiue nō prius faciat iudex eius domum
improuiſe ſcrutari et cuncta ſcrinia aperiri ꝛ
in angulis pixides et omnia inſtrumēta tolli
q̄ reperiunt̄. Et ſic cōſtituto. iudex. collectis
his de quibꝫ eſt delatus et de his de q̇bus eſt
ꝑ teſtes cōuictus vel habitus ſuſpectus for=
met interrogatoria ſup illis. ac inq̇rat habi=
to ſecū notario ꝛc̄ vt ſupra. p̄ſtito prius cor=
porali iuramēto ad q̄ttuor dei euangelia de
dicenda veritate tā de ſe q̄ꝫ de aliȷs. Et hoc ꝑ
modū qui ſequit̄ cōſcribant̄ etiā ſingula.

Interrogatoria generalia ſup maleficam
aut maleficū. Et eſt primus actus.

Talis de tali loco delat⁹ iuratus ſup
quattuor dei euāgelia corꝑaliter tacta
tā de ſe q̄ꝫ de aliȷs dicere veritatem. et
vn̄ interrogatus vn̄ eſt ſeu vn̄ originē traxit.
Et ꝑpendit ꝙ tali loco talis dioceſis.
Itē interrogatus q̇ ſunt eius parentes ſi
ſunt viui vel mortui. Et r̄ndit ꝙ viui in tali
loco vel mortui in tali. Item interro. vtrū
naturali morte vel incinerati. et dixit ꝙ tali.
Ubi nota ꝙ hoc fit qꝛ vt plurimū vt in ſcd̄a
ꝑte operis patuit malefice ꝓprios infantes
demonibꝫ offerūt aut eos inſtruūt. et ꝯmuni
ter tota ꝓgenies exiſtit infecta. Et vbi depo=
nentes affu̇iſſent ꝛ ipa negaret iam eſſet ſu
ſpecta. Itē interrogatus vbi fuit nutrit⁹.
et vt in pluribꝫ cōuerſatus. et dixit ꝙ in tali
et vt in tali. Et ſi videat ꝙ mutauit locū ꝓ=
prium qꝛ forte mater nō fuit ſuſpecta nec ali=
quis ex parētela. et tn̄ cōuerſatus in alieno et
p̄ſertim in locis in q̇bus cōſueuerūt malefice
vigere interrogabit̄ ſic. Itē interrogatus
quare mutauit ſue natiuitatis locū et ſe trāſ=
tulit ad cōmorandū in tali loco vel talibꝫ. et
dixit ꝙ ex tali cauſa. Itē interroga. ſi in di
ctis locis vel alibi audiuit loqui de materia
maleficarū puta ꝙ tēpeſtates cōcitare vel iu=
menta maleficiata et vacce liquore lactis pri
uate ꝛc̄. de tali materia de qua eſt delata. Et ſi
dicit ꝙ ſic. Interrogetis.
Item interroga. q̇d audiuit loqui. Et ſcri
bantur ſingula q̇ dicet. Si aūt negat et dicit
ſe nihil audiuiſſe tunc ſic. Item interroga.
ſi credit maleficas eſſe et ꝙ talia poſſint fieri
q̄ referunt̄ vt tempeſtates ꝯcitare. iumēta in=
ficere ꝛ homines. et dixit. Et nota ꝙ male
fice vt plurimū negāt prima fronte. vn̄ ſuſpi
cio oritur magis q̄ꝫ ſi reſponderēt ſi ſint aut
nō ſint cōmitto ſuꝑioribus. vn̄ ſi negāt tunc
interrogent̄. Itē interro. quid ergo vbi cō
burunt̄ tunc innocenter cōdemnant̄. ꝛ dixit

Interrogatoria ꝑticularia ſup eoſdē.

Aduertat iudex ꝙ nō ꝑcraſtinet ſubſe
quētes interrogatōes ſꝫ indelate ꝓpo
nat. Itē interrogat⁹ cur cōmunis
populus eā timeret. et dixit. Itē interroga
tus an ſciret ſe eſſe diffamatā. et ꝙ odio habe
retur. et dixit. Item interro. cur illi ꝑſone
obiecit. dicendo. tu nō tranſibis impune. Et
dixit.
Item interrogatus quid mali ſibi feciſſet
illa ꝑſona ꝙ talia verba in eius damnū ꝓtu
liſſet. et dixit. Et nota ꝙ hec interrogatio
eſt neceſſaria vt deueniatur ad fundamentuꝫ
inimicicie qꝛ in fine delata allegabit inimici
ciam. ſed vbi nō eſt capitalis ſed mō mulieb͛i
cōcitata nō impedit. Hoc eni eſt maleficarū
ꝓprium cōcitare aduerſum ſe. vel verbis inu=
tilibus aut factis. puta qꝛ petit ſibi preſtari
aliquid. aut infert ei damnū aliquod in or=
to et ſimilia ad hoc vt occaſionē recipiant et
ſe manifeſtant in verbo vel in opere. quā ma
nifeſtationē habent facere ad inſtantiā demo
num vt ſic peccata aggrauentur iudicū dum
manent impunita. Nota etiā ꝙ talia faciūt
nō in aliorū p̄ſentia vt ſi deponens vellet te=
ſtes ꝓducere nō haberet. Nota etiā ꝙ incitā
tur a demonibꝫ vt a multis maleficis et poſt
incineratis expti ſumus. ita ꝙ cōtra ipſarum
voluntatē habēt incitare et maleficiare.
Itē interro. quō effectus potuit ꝯſequi ſu
per minas vt puer aut iumentū tā cito male
ficiaret̄. et dixit. Itē interro. iterū et quare
dixiſti ꝙ nūq̄ꝫ deberet hr̄e ſanū diē et ita fa=
ctum eſt. et dixit. Itē ſi oīa negat. interroge
tur de aliȷs maleficȷs aliȷs teſtibꝫ illatis pu=
ta in iumētis vel pueris.
Item interro. cur viſa fuerit in campis vl̄
in ſtabulo cū iumētis tangēdo ꝓut interdū
ſolent facere. et dixit. Item interro. cur teti
git puerū et ꝙ poſtea male habuit. et dixit.
Item interro. q̇d egit in campis tꝑe tem=
peſtatis. et ſic de multis aliȷs. Itē vnde ꝙ
cū habeat vnā vaccā aut duas ꝙ plus abun
dat in lacte q̄ꝫ vicine habentes quattuor aut
ſex. Item cur manet in ſtatu adulterȷ aut
cōcubina. licet nō deſeruiant ad ꝓpoſitum tn̄
ſuſpitionē generāt amplius q̄ꝫ ſuper probas
et honeſtas delatās. Et nota ꝙ ſepius ſuper
articulos cōtra eam delatos interrogāda eſt
vtrum maneat in eodem ꝓpoſito aut non.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Qua confeſſione peracta et ſcripta ſiue ad
partem negatiuam ſiue affirmatiuā ſiue ſub
ambiguo. ſcribatur poſtea. Acta ſunt hec in
tali loco ꝛc. vt ſupra.

¶ Queſtio ſeptima in qua varia dubia de=
clarantur ſuper premiſſa interrogatoria et re
ſponſiones negatiuas. An delata ſit incarce=
randa ꝛ quādo pro manifeſte deprehenſa in
hereſi maleficarū ſit habenda. Et eſt actus
ſecundus.

Queritur primo quid agendum ſi
vt plurimū cōtingit perſona dela=
ta omnia negat. Reſpondetur. Iu
dex habet circa tria attendere. ſcili=
cet ſuper infamiā. ſuper indicia facti: et ſuper
dicta teſtium. ſi videlicet omnia inſimul con
currunt. aut nō. ſi omnia inſimul vt plurimū
etiam cōtingit eo ꝙ malefice ſtatim ꝓpter fore
facta in aliqua villa aut ciuitate infamantur.
Indicia etiā facti ſunt pre oculis. puta in pue
ris maleficiatis aut in iumentis que ſepius
inficiuntur aut lacte priuantur. numerus e=
tiam teſtium eſt inſcriptus qui licet ſint ſin=
gulares puta quia vnus depoſuit ꝙ puerū
ſibi maleficauerit. alius vero iumentū. terciꝰ
vero ſuper infamiam. et ſic de alijs. Tamen
in ſubſtantia facti cōcordant puta in malefi=
cijs et ꝙ vt malefica ſit ſuſpecta. et iſti teſtes
licet nō ſufficiant ad cōdemnandū abſꝗ in=
famia vel etiam cum infamia vt ſupra tactū
eſt queſtione tercia tamen cum indicijs facti
poſſet ex his tribus inſimul reputari non vt
ſuſpecta vehementer aut violenter. de quibꝫ
ſuſpitionibus inferiꝰ declarabitur. ſed repu=
tari vt manifeſte deprehenſa in hereſi malefi
carū vbi vicꝫ teſtes idonei id eſt nō ex inimi=
cicia et ſufficientes in numero puta ſex octo
vel decē iurati ꝯcurrerēt. et cōſequenter debe
ret penis in. c. ad abolendam. §. p̄nti. de he=
re. ſubiacere. et. c. excōmunicamus. ij. et hoc
ſiue crimen ſit falſa ſiue nō. et hec ſic ꝓbant̄.
Nam quod dictū eſt ꝙ vbi omnia tria prefa
ta cōcurrunt tunc pro manifeſte deprehenſa
in hereſi debet reputari nō eſt intelligendum
ꝙ neceſſario omnia tria incurrere ſed proba=
tur ſic per argumentū a fortiori. Nam vnum
quodꝗ per ſe inter illa duo que ſunt indiciū
facti et teſtium ꝓductio legitima poteſt red=
dere aliquē vt ꝓ deprehenſo in heretica pra=
uitate habeat̄. q̄to magis vbi ambe ꝓbatio=
nes pariter cōcurrunt. Nā iuriſte vbi querūt
quot modis de iure aliquis habetur pro ma
nifeſte deprehenſo in heritica prauitate. Re=
ſpondent ꝙ tribus vt notat Bern. in glo. or

dinaria. in. c. ad abolendā. §. p̄nti. et ver. de=
prehenſi. extra de here. et tactum eſt ſupra in
queſtione prima in principio operis ſcꝫ facti
euidentia. puta qꝛ publice p̄dicauit hereſim.
hic autē ponimus indiciū facti ꝓpter publi=
cas minas quas intulit. dicendo nunꝗ̄ ſa=
nos dies habebis vel ſiāe et effectus fuit ſub=
ſecutꝰ. ſequit̄ vel legittima ꝓbatione ꝑ teſtes.
vel tercio ex ꝓpria cōfeſſione. vnde ſi vnum=
quodꝗ illorū per ſe facit et reddit aliquē tan
ꝗ̄ manifeſte ſuſpectū. q̄to magꝭ inſimul iun
gendo infamiā et indicia facti cum teſtiū de=
poſitione. licet ibi dicat̄ euidens factū et hic
indicium facti et hoc eſt quia diabolus non
manifeſte operatur ſed occulte. damna aūt et
inſtrumēta maleficij que reperiunt̄ dant in=
dicium facti vnde vbi euidens factū in alia
hereſi ſolum ſufficeret. hic adiungimus tria.
De ſecundo vero ꝙ talis deprehenſus licet
negaret tū iuxta illa capitula eſſet puniēdus
ſic ꝓbatur. Nam deprehenſus facti euiden=
tia vel per teſtes aut fatet̄ crimē vel nō. ſi fate
tur et eſt penitēs tradendꝰ eſt brachio ſecula
ri ſ vltimo ſupplicio feriendus. iuxta. c. ad abo
lendam. vt ſupra. eſt carceri ꝑpetuo detrudē=
dus. iuxta. c. excōmunicamus. ij. Si autem
nō fatetur ſed ſtat in negatiua eſt vt impeni=
tens tradendꝰ p̄tāti curie ſecularis animad=
uerſione debita puniendus. vt notat Hoſti.
in ſum. ti. de here. qualiter deprehendantur.
Sic ergo cōcludit̄ ꝙ ſi iudex iſto mō ꝓcede
ret ſuꝑ interrogatoria ꝛ teſtiū depoſitiones.
cum vt dictū eſt in cauſis fidei ſummarie ſim
pliciter et de plano ꝓcedi pōt. et ipam delatā
carceri deputaret ad tēpus vel ad annos plu
res. ſi forte poſt annū ſqualoribus carceris
depreſſa crimina fateret̄ nō iniuſte ſed iuſte
ꝓcederet. Attamē ne videat̄ ſententiā p̄cipi=
tare immo ſm oēm equitatē ꝓcedere. querit̄
quid cōſequenter agendum ſit.

¶ Queſtio octaua et p̄cedenti annexa an ſit
incarceranda. ꝛ de mō capiendi. Et eſt actus
tercius iudicis.

An vero ſuꝑ negatiuas reſponſio=
nes malefica ſit carceri ad cuſtodi
am mancipanda. vbi p̄fata tria cō
currūt ſcꝫ fama. indicia facti. et ꝓ=
ductiones teſtiū aut ſub cautione fideiuſſorꝫ
dimittenda vt denuo citata reſpondeat. Re=
ſponderi pt ex tribus opinionibꝫ. Primo enī
aliquorū ſententia eſt ꝙ carceribus ſit man=
cipanda. et nullo mō ſub cautione dimitten
da. et hi innituntur rationi tacte in p̄cedenti
queſtione. qꝛ vicꝫ habet̄ ꝓ manifeſte depre=
henſa vbi illa tria concurrunt. Alij vero ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ante incarceratioē poteſt cautioni fideiuſſo
rum relinqui. ita ꝙ ſi fugam caperet ꝙ tūc ꝓ
cōuicta haberet͛ licet poſt incarceratioē ſuꝑ
negatiuas reſponſiones non ſit cautioni vel
manulente relinquenda quādo vicȝ illa tria
cōcurrunt ſupra notata. eo ꝙ tunc nō poſſet
ſententiari et plecti ad morté et hic innititur
cōſuetudini. Tercij ſunt qui dicunt ꝙ nō ſit
danda infallibilis regula. ſed iudici ſit relin=
quendum vt ſm dicta teſtiū ⁊ infamiā ꝑſone
et ſi indicia facti cōcurrunt tanto grauius di
ſcernatur ꝑ modū patrie ſeruando et cōſuetu
dinem. cōcludentes ꝙ ſi nō poſſet habere fi=
deiuſſores notabiles et fortaſſis ſuſpecta de
fuga ꝙ tunc carceri mancipet͛. et hec tercia vi
detur rōnabilior ſic tñ ꝙ debitus ſeruet͛ mo=
dus qui ſtat in tribus. Primo vt domus ei⁹
ꝗ̄tum poſſibile eſt perluſtret͛ ſub et ſupra in
omnib⁹ angulis foſſis et ſcrinijs. et ſiquidē
famoſa malefica exiſtit. tunc abſqȝ dubio niſi
prius ſint ab ea occultata varia inſtrumēta
reperiunt͛. ſicut ſupra tactū eſt. Secūdo vt
ſi habet ancillā aut cōſodales ꝙ et ille vel il=
la ſeorſum includant͛ etiā ſi nō ſint delate. p̄=
ſumitur eas nō latere ſecreta aliqua illius de
late. Tercio ꝙ in capiendo ſi in domo ꝓpria
capitur ꝙ nō detur ei ſpacium intrandi came
ram. eo ꝙ tunc ſolent certa maleficia accipe=
re et ſecum deferre ꝓ taciturnitate ꝓcuran=
da. Ratione cuius incidit dubium. An mo
dus capiendi maleficas qui ab aliquibus ob
ſeruatur vbi a famulis ſubito a terra eleuat͛
et in ſporta ſiue in ſpatulis ne terrā vltra tan
gat defertur: ſit licitus. Reſponderi pt ex ca=
noniſtarū et quorundā theologorum ſenten
tia ꝙ licitū ſit hoc triplici reſpectu. Primo qꝛ
vt in q̄ſtione introductoria huius tercie par
tis patuit plurimoꝝ ſententia immo talium
doctorū quorū dicta reprobare nemo audet.
vt Hoſtienſis Goffre. eſt ꝙ licitū eſt vana va
nis cōtundere. Experientia denicȝ immo et
maleficarū faſſiones demonſtrant ꝙ ſepius
per talem modū capte taciturnitatis malefi=
cium amiſerūt immo ꝗ̄plures incinerande
petentes vt ſaltē pede vno terrā tangere per=
mitterentur. dum eis fuiſſet denegatū et in fi
ne ſciſſitatū cur tñ terram tangere optaſſent.
Reſponſuȝ ꝙ ſi tetigiſſent ſeipas liberaſſent
multis alijs fulminib⁹ interemptiſ. Alia cau
ſa. nam hoc ipm manifeſtū exiſtit vt in ſecun
da pte operis patuit ꝙ ī publica iuſticia oēs
vires maleficij franguntur quo ad p̄terita.
ſed quo ad futura niſi de nouo ei a diabolo
ſuccurrat͛ in maleficio taciturnitatis oīa cri
mina fatet͛. Dicamus ergo iuxta apoſtoluȝ.

Quecuncȝ verbo vel opere agimus omnia
in noīe dñi noſtri ieſu chriſti fiant. et ſiquidē
innocēs fuerit hec captio nō ſibi nocebit. Ter
cio reſpectu qꝛ ſi ſm doctores licitū eſt ꝑ va=
na opera maleficia tollere. quia in hoc cōcor=
dant oēs licet diſcrepant in illo ꝙ illa vana
nō debeāt eſſe illicita. vnde dictū Hoſti. vbi
dicit ꝙ licitū ſit vana vanis cōtundere glo=
ſatur ab alijs. nota ꝙ dicit vanis nō aūt illi=
citis a fortiori licituȝ eſt maleficia impedire
ad qđ impedimentuȝ hic reſpectus habet͛ et
nō ad aliqđ illicitū exercendū. Notat inſu=
per iudex ꝙ eſt duplex incarceratio. vna ad
penā vbi criminoſi ponunt͛. Altera ad cuſto
diam tm̄. et hec in p̄torio fit. et he due cuſto=
die notant͛ in. c. multoꝝ. querela. vt ſupra. vñ
ad min⁹ ad cuſtodiā eſt incarceranda. ſi autē
leuia eſſent ꝓ quibus eſſet accuſata ita ꝙ non
eſſet infamata nec eſſent indicia facti in pue=
ris et iumētis tunc remittat͛ ad domū. ſed qꝛ
familiaritatē habuit forte cū maleficis et no
uit eorū ſecreta. det fideiuſſores quos ſi habe
re nō pt. iuramētis ⁊ penis aſtricta domū nō
exeat niſi vocata. ancille aūt et domeſtice de
quibus ſupra ad cuſtodiā et nō ad penā de=
tineantur.

Queſtio nona quid agendū poſt captionē
et an deponentiū noīa ſint ei manifeſtanda.
Et eſt actus quartus.

Duo aūt poſt captionē fiunt. ſed quid
primū inter illa iudici relinquit͛. ſcȝ
defenſionū cōceſſio. et in loco torture
nō tñ ꝑ torturā examinatio. Primū nō datur
niſi petierit. Secundū nō fit niſi prius ancil
le ſeu cōſodales ſi habuit in domo examinen
tur. Procedam⁹ tñ ordine poſito. Si delata
dicat ſe innocentē et ꝙ falſe ſit delata. et ꝙ li=
benter velit tales accuſatores inſpicere ⁊ eos
audire. tūc ſignū eſt ꝙ petit defenſiones. Sȝ
an iudex teneat͛ ei deponentes manifeſtare et
ad ꝯſpectū eius p̄ñtare. Hic aduertat iudex
ꝙ nullū illoꝝ tenet͛ facere nec noīa manifeſta
re. nec ad ꝯſpectū p̄ñtare niſi deponētes ꝑ ſe
et ſponte ad hoc ſe offerūt vtvicȝ eoꝝ aſpecti
bus p̄ſentent͛ et ea q̄ depoſuerūt eis in faciē
obijcere. ꝙ autē nō tenet͛ iudex et hoc ꝓpter
ꝑiculū deponentiū ꝓbat͛. Nam licet diuerſi
ſummi pontifices diuerſa ſenſerunt nullus
tñ vncȝ ſenſit ꝙ iudex teneret͛ ī tali cauſa de=
lato noīa deponentiū manifeſtare nec etiam
accuſatoꝝ. licet hic nō ꝓcedimus ꝑ modum
accuſationis. ſed potius aliqui ſenſerūt ꝙ in
nullo caſu liceret. aliq vero ꝙ in aliquo. Tan
dem autē Bonifacius octau⁹ ſtatuit vt patet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in.c.ſtatuta.§.inhibemus.li.vi.vbi ſic dicit᷑. Inhibemus tamē ꝙ ſi accuſatoribꝫ vel teſtibus in cauſa hereſis interuenientibꝫ ſeu deponentibus ꝓpter potentiā ꝑſonarū ꝯtra q̄s inquirit᷑. videant ep̄s et inquiſitor. Nota tu ꝑ inquiſitore ⁊ ep̄o iudicē quemcūqꝫ ꝯtra maleficas ꝓcedentē ex cōſenſu ep̄i et inq̄ſitoris. q̄ꝛ idem eſt et vices ſuas cōmittere pn̄t vt in queſtione introductoria patuit vn̄ et talis iudex quicūqꝫ etiā ſecularis ꝓcedit ap̄lica auctoritate et nō ſolū imperatoria. ſequit᷑. graue ꝑiculū imminere ſi cōtingat fieri publicationē eorundē ipoꝝ nomina non publicent ⁊c̄. Et ſequit᷑ infra. ceſſante vero ꝑiculo ſupradicto accuſatoꝝ vel teſtiū noīa ꝓut in alijs fit iudicijs publicent᷑. Attendat etiā circumſpectus iudex de potētia ꝑſonarū. q̄ꝛ illa eſt triplex ſcꝫ potētia generis et familie. potētia pecunie. et potētia malicie q̄ plus timēda eſt q̄ꝫ alie due. ꝙ ex illa teſtibꝫ grauia ꝑicula poſſent imminere ſi eis cōtra quos depoſuerunt eoꝝ noīa publicarent᷑. et ratio eſt. maius enī eſt periculū noīa teſtiū publicare alicui delato pauperi habenti in malis cōplices rebelles et homicidas q̄ nihil habent niſi ꝑſonam perdere. q̄ꝫ generoſo vel diuiti abundanti in t̄p̄alibus. q̇d aūt ſit graue periculū et q̄uale declarat Io.an. ſuꝑ p̄dicto ver. periculū. dicens ita periculū q̄ꝛ timet᷑ mors vel detruncatio ipoꝝ vel filiorū vel parentū ſuoꝝ vel deuaſtatio ſubſtātie vel his ſimilia. Aduertat inſuꝑ iudex ꝙ cū apoſtolica auctoritate ex beneplacito ordinarij in his ꝓcedit q̄ ad illud ſecretū ſcꝫ de nō reuelando teſtificantiū noīa tam ipſe q̄ꝫ omnes alij aſſeſſores qui depoſitiones teſtiū interfuerūt aut in futurū circa ſententiā ferendā intereſſe poterūt tenent᷑ ſub pena excōicationis quā ꝯtra eos ſi oppoſitū fecerint ep̄s fulminare poterit. et ita ne reuelent a principio ꝓceſſus ad minus implicite fulminauit. Unde in alle. c. ſtatuta. §. et vt eorundem. ita dicit᷑. Et vt eorundē accuſatoꝝ et teſtiū periculis efficacius occurrat᷑ et cautius inquiſitōis negocio ꝓcedatur pn̄tis cōſtitutionis auctoritate ꝑmittimus ꝙ ep̄us et inq̄ſitores tu intellige ſicut ſupra poſſint indicere illis q̇bus vt p̄miſſum eſt ꝓceſſum huiuſmodi explicabūt. et in eos archana cōſilij ſeu ꝓceſſus ſibi ſub ſecreto ab eiſdem ep̄o et inquiſitoribus patefacta p̄ter ipoꝝ licentiaꝫ alijs patefacerent excōmunicationis ſententiam quā ex ſecreti violatōne ip̄o facto incurrant ſi eis videbit᷑ ꝓmulgare. Notandū vlterius ꝙ ſicut pena annexa eſt vbi noīa teſtiū indebite publicarent᷑. ita pena eſt annexa vbi indebite occultarent᷑. ſcꝫ illis quibus merito ſunt manifeſtanda ſcꝫ peritis et aſſeſſoribus de quorū cōſilio eſt ad ſententiā ꝓcedendū vel vbi nō publicarēt vbi ſine periculo teſtiū publicari poſſent. vt in dicto. c. ſtatuta. circa finem ſequit᷑. Ceterū in oībus p̄cipimus tā ep̄os q̄ꝫ inquiſitores purā et ꝓuidam intentionem habere ne accuſatorū vel teſtiū noīa ſupprimēdo. vbi eſt ſecuritas periculū eſſe dicant. nec in eorū diſcrimine ſecuritatē aſſerāt vbi tale periculū imminēret ſuꝑ hoc ꝯſcias eorū onerātes. vbi Archi. ita dicit. O tu quicunqꝫ iudex in tali caſu bene aduerte verba iſta nam nō dicit leue periculū ſi graue. noli igit᷑ reum priuare iuris ordine ſine magna cauſa q̄m̄ hoc fieri nō p̄t ſine offenſione dei. Et notandū eſt lectori ꝙ q̄ꝛ oīa p̄cedentia et etiam ſequentia vſqꝫ quo ꝑueniat᷑ ad modos ſententiandi abſqꝫ pena ſanguinis in quibꝫ eccleſiaſticus iudex iudicare habet fieri pn̄t cū ꝯſenſu dioceſanoꝝ ꝑ ſecularē iudicē. ideo nō impediat lectorē ſi in ca. allegat᷑ iudex eccleſiaſticus et nō ſecularis q̄ modos ſententiandi ſuꝑ ſanguinē capiet ex modis ſententiandi et penitentionādi ordinarioꝝ.

Queſtio decima qualiter ſunt defenſiones concedende cū deputatione aduocati. Et eſt actus quintus.

Si igitur defenſiones petit quō cōcedi pn̄t vbi noīa teſtiū omnino occultant᷑. Dicendum ꝙ defenſio ſtat in tribus. Primo vt ei aduocatus deputet᷑. Secūdo vt illi aduocato noīa teſtium nō publicent᷑ nec ad ſecretū etiā tenendū ſub preſtito iuramento ſed informet᷑ de ſingulis cōtentis in ꝓceſſu. Tercio delati cauſa q̄ꝫtum p̄t in meliorē partē interpretet᷑: ſine tn̄ ſcandalo fidei et damno iuſticie vt patebit. et procurator pari forma cui ꝓceſſus totius copia. ſuppreſſis tamē teſtium et deponentium nominibus. et idem aduocatus etiā ꝓcuratorio noīe ꝓcedere poterit. Quo ad primum Notat᷑ ꝙ aduocatus nō deputatur ad beneplacitū delati. puta quia vellet habere vnum ad ſuū placitū de illo omnino caueat iudex nō cōcedere hominē litigioſum. maliuolum qui faciliter pecunijs poſſit corrumpi. prout ſepe tales inueniuntur. ſed cōcedat ſibi virū probum et de legalitate nō ſuſpectū. Et notare debet iudex quattuor in aduocato. que ſi obſeruata fuerint ab aduocato: permittat eum aduocare. alias habet eum refutare. Nā aduocatus primo debet examinare qualitatē cauſe. et ſi viderit eam iuſtaꝫ tunc ſi voluerit

aſſumat eam. ſi vero iniuſtā renuuat. vñ dili
genter cauere debet ne cauſam aſſumat iniu=
ſtam et deſperatā. Uerum ꝙ ſi ignorāter ab
inicio acceptauit cauſam et cū hoc pecuniā.
in ꝓceſſu tñ cognouit cauſam deſperatā. tūc
ſic clientulo ſuo. i. delato ꝑ ꝗ cauſam aſſum=
pſit nō cōſuluit vt cederet ſalariū receptū te=
netur reſtituere ſm̄ Hoſt. qḋ ꝓbare videtur
per. C. de iudi. rem nō nouā. Licet Hoſti. di
cat oppoſitū. ſcꝫ de ſalario reſtituēdo niſi in=
duſtrioſe feciſſet. Uñ ſi neqꝫ aduocatus clien
tulum ſuū ſcienter inducat ad defendendum
cauſam iniquā ad damna et ad expenſas te=
netur. C. de admi. tu. nō eſt ignotū. Secun
dum ꝙ obſeruare debet vt ſeruet in aduocan
do tria. Primo modeſtiā vt nō ꝓcaciter nec
cōuiciando nec vociferando ꝓponat. C. eo.
quoniā. Secundo veritatē ſcꝫ vt nō mentia
tur. falſas rōnes vel ꝓbationes inducendo.
nec falſos teſtes aut iura ſi perit⁹ eſſet nec di=
lationes petat pſertim in hac cauſa vbi ſum=
marie ſimpliciter ⁊ de plano vt ſupra in que=
ſtione ſexta tactum eſt. et tangit. iij. q. vij. hec
tria. Et tercium qḋ obſeruat eſt ex pte ſalarij
qḋ moderat ſm̄ cōſuetudinē regionis. de ꝗ
materia tractat. iij. q. vij. §. arcent. et. §. tria.
Sed ad noſtrū ꝓpoſitum redeundo. Iudex
ita pſcriptas cōditiones aduocato ꝓponat. et
in fine adiūgat ne fautoriā hereſis incurrat.
qꝛ tunc excōmunicatus eſſet. Iuxta. c. excōi=
camus. i. §. credentes. Nec valet ſi dicat iu=
dici ꝙ nō defendit errorē ſed pſonā. qꝛ nō de
bet defendere quouiſmodo vt nō ꝓcedatur
ſummarie ſimpliciter et de plano. qḋ faceret
ſi petere vellet oīno dilationes. vel immiſcere
appellationes. que oīa refutant vt ibi in que=
ſtione ſexta recitat. qꝛ licꝫ errorē nō defendat
cum ſic damnabilior ipſis maleficis eſſet. et
potius hereſiarcha ꝗꝫ hereticus maleficus.
vt patet. xxiiij. q. iij. qui illoꝝ. tum qꝛ indebi=
te defendit iam ſuſpectū de hereſi tāqꝫ fauto=
rem ſe facit et nō ſolū leuiter ſed et vehemen=
ter ſm̄ defenſionē quā fecit. et debet abiura=
re publice corā epo. iuxta. c. accuſatus. frequē
ter allegatū. hec ad longū poſita ſunt nec par
uipendat iſta iudex. qꝛ ex aduocato ſeu ꝓcu=
ratore vbi falſe ꝓcedere nitit. plurima picula
euenire ſolent. vñ iudex oīno debet eū refuta
re et ꝓcedere ſm̄ acta et ꝓbata vbi reprehen=
ſibilis aduocat⁹ fuerit. Ueruntñ ſi iudex ha
buerit aduocatū irreprehenſibilē ꝓ delatori
rum zeloſum ⁊ iuſticie amatorē noīa teſtiū ei
indicare poterit. ad ſecretū tamē tenendū ſub
preſtito iuramento.

¶ Queſtio. xi. quid faciet aduocatus cū ſibi
noīa teſtiū nō publicant. Actus. vi.

Quod ſi querit. Quid ergo aduo=
catus etiā ꝓcuratorio noīe ꝓ dela
to faciet. vbi nec ſibi nec clientulo
ſuo noīa teſtiuꝫ publicant. quā tñ
publicationē delatus ſumme affectaret. Re=
ſponſio. informationē capiat a iudice de ſin=
gulis in ꝓceſſu cōtentis. et ſiquidē copiā ha
bere velit. ſuppreſſis tñ noībus teſtiū tradat
ſibi. et ſic informatus accedat delatū et ſingu
la ſibi ꝓponat et ſi materia poſtulat vtpote qꝛ
multū oneroſa delato: cum ad patientiā ꝗꝫtū
pt hortet. Et delatus vbi iterū atqꝫ iterū in=
ſtat vt ſibi teſtes publicent. Rñdere pt ex fa=
ctis ꝗ cōtra te delata ſunt cōiecturare teſtes
poteris. nā tali maleficiatus eſt puer aut iu=
mentū. aut tali mulieri ſeu viro dixiſti. eo ꝙ
talē rem quā petebas tibi cōpreſtare nolebat.
tu ſenties ꝙ melius fuiſſet vt mihi rem accō=
modaſſes. poſt ꝗ verba talis infirmat⁹ ſubi=
to facta tua vt teſtimonia clamant. que plus
ponderant ꝗꝫ teſtimonia verboꝝ. vel etiā tu
ſcis te infamatā. et a longo tpe ſuſpectam de
multis maleficijs et damnis hoībus illatis
et ſic replicando finaliter ad hoc deueniet ꝙ
ipſa aut inimicicias allegabit aſſerens ſibi ex
inimicicia obiecta. aut dicet. Fateor me dixiſ
ſe hec verba: ſed nō aīo nocendi. Quare ad=
uocatus tunc iudici et aſſeſſoribus de primo
vicꝫ de inimicicia habet ꝓponere et iudex in=
quirere. Et ſi quidē illa capitalis inueniret
vtpote: quia inter maritos vel cōſanguineos
fuiſſet mors intentata vel ſecuta vel alicuius
criminis inculpatio. vñ ꝗs foret plectendus
ꝑ publicā iuſticiā vel fuerūt vulnera grauia
ex cōtrauerſijs et hrigis illata. tunc ꝓuidus
iudex cū ſuis aſſeſſoribus diſcutiet an ex pte
delate inimicicia aggrauat vel ex pte depo=
nētiſ puta qꝛ marit⁹ aut amici delate alios ex
pte deponētis iniuſte oppreſſerūt. tūc quidē ſi
nō aſſunt indicia facti in pueris ſeu iumētis
ſiue hoībꝫ maleficiatis. nec etiā aſſunt alij te
ſtes aut etiā ꝙ publica infamia non laborat.
tunc pſumit ꝙ rōne vindicte cōtra eā depo=
ſuerit. et eſt delata oīno abſoluenda et libere
dimittenda ſub debita cautione de nō vindi
cando ⁊c̄. vt moris iudicū eſt. Sed queritur
katherina habet puerū maleficiatū: ſeu ipſa
per ſe eſt maleficiata. ſeu in iumentis ꝑcepit
plurima damna. et ſuſpicat ſup illā cui⁹ ma=
ritus aut cōſanguinei etiā ꝑ prius iniuſte iu=
um maritū aut cōſanguineū oppreſſerunt in
publico iudicio. vñ cum hic duplex ſit ini=
micicia ex pte deponētis. quia inimicat rōne
maleficij illati ⁊ rōne infamie iniuſte obiecte

ſuo marito aut cõſanguineo. eſt ne eius depo-
ſitio repellenda aut nõ. et quidẽ ex vna ꝑte vi-
detur ꝙ ſic. qꝛ inimicicia ibi eſt ex altera ꝙ nõ
quia ꝓfert indicia facti. Reſpondet̃ ꝙ in ca-
ſu quo nõ aſſunt alij deponentes. nec etiam
publica laborat infamia cõtra delatã. tũc nõ
ſtatur eius depoſitioni tñ ſed repellitur. et
delata tñ reddit̃ ſuſpecta ſi et inquantũ mor-
bus eſt maleficioſus. et nõ ex naturali defe-
ctu. et qualiter hoc cognoſcitur inferiꝰ pate-
bit ꝙ canonice eſt purganda. Sed ſi iterum
querit̃ an alij deponẽtes etiã habent ſuꝑ in-
dicia facti primũ deponere que ipſis aut alijs
cõtigerunt: aut ſolũ ſuꝑ infamiã. Reſponde-
tur ꝙ ſi ſuꝑ aliqua indicia facti deponũt be-
ne quidẽ: ſi aũt tantũ ſuꝑ infamiã et ita in re
exiſtit. tunc iudex licet repulerit deponentẽ
ꝓpter inimiciciaꝫ tñ indiciũ facti qđ ꝓtulit et
oſtendit iudex ex alijs teſtibꝫ que ſuꝑ infami-
am depoſuerũt capiet ꝓ interſigno ſuꝑ ſuſpi-
tionẽ vehementẽ ex qua ipſa delata detenta iu-
dicari poterit a iudice ſuꝑ triplicẽ penaꝫ. ſcꝫ
canonice purgationis: ꝓpter infamiã. Iuxta
c. inter ſollicitudines. extra de pur. ca. Item
ſuꝑ abiurationẽ ꝓpter ſuſpitionẽ. iuxta. c. ac-
cuſatus. in prin. et ſ̃m varias ſuſpitiones ad
varias abiuratõnes vt patebit in quarto mõ
ſententiandi. Et ꝓpter indicia facti ſi crimen
fatetur et penitet: nõ relinquit̃ brachio ſecu-
lari ad punitionẽ ſanguinis ſed ꝑ eccleſiaſti-
cum iudicem ad ꝑpetuos carceres iudicatur
per ſecularẽ tñ iudicẽ nõ obſtãte ꝙ ad ꝑpetu-
os carceres ſit ꝑ eccleſiaſticũ iudicẽ iudicatꝰ
põt tñ ipm ꝓpter damna tͤpalia tradere igni.
iuxta. c. ad abolendã. §. p̃nti. et iuxta. c. excõi-
camus. ij. de here. que oĩa patebunt inferius
circa ſextũ modum ſententiandi. Epilogan-
do. Attẽdat iudex primo ꝙ nõ ſit facilis ad
credendũ aduocato. vbi ꝓ delata allegat ini-
ciciam capitalẽ eo ꝙ rariſſime in tali crimine
quis deponit ſine inimicia cũ malefice ſemꝑ
exoſe oĩbus habeant̃. Secundo attendat ꝙ
cum quatuor modis malefica p̃t cõuinci ſcꝫ
ꝑ teſtes. ꝑ euidentia facti. per indicia facti. et
per cõfeſſionem ꝓpriã. et hoc vel ſuꝑ infamiã
tñ. qđ tantũ fieret hoc ꝑ teſtes. vel ſuꝑ ſuſpi-
tionẽ tunc ꝑ euidentia facti aut indicia facti
fieret. ex quibꝫ ſuſpicio p̃t iudicari leuis vel
vehemens vel violenta. et hec oĩa abſqꝫ con-
feſſione ꝓpria que ſi cõcurreret tũc vt dictum
eſt ꝓcederet̃. Tercio applicet p̃miſſa ad ſuum
ꝓpoſitũ ſuꝑ perſonã detentã ad obuiandũ ad-
uocato. ſed vicꝫ ſit tantummõ ſuꝑ infamiam
delata. aut ꝙ ibi cõcurrãt aliqua indicia vñ
reddit̃ ſuſpecta vehementer vel leuiter. et tũc
aduocato ſuꝑ inimiciciã allegatã reſpondere
poterit. Et hec q̃ntum ad illam partẽ vbi ad-
uocatus ꝓ delato in inimiciciã deponentiũ
allegauit. Sed vbi allegat ſecundũ videlicet
ꝙ illa verba q̃ protulit contra deponentẽ. tu
ſenties in breui que tibi euenient. aut tu non
habebis plures dies ſanos. aut veniet in bre-
ui ꝙ tu velles mihi talem rem accõmodaſſe
aut vendidiſſe et ſimilia. Tunc aduocatus
adiungat. licet malũ aliquod fuerit ſubſecu-
tum deponenti in rebus vel corporibus. nõ
tamen ꝓpter hoc ſequit̃ ꝙ illa delata huiꝰ ma-
li ſit cauſa tanqꝫ malefica. eo ꝙ infirmitates
varijs modis accidere poſſunt. Item allegat
ꝙ ꝯmune eſt mulierũ verbis huiuſmodi mu-
tuo cõtendere ꝛc̃. Super iſtas allegatões iu-
dex habet obuiare per hunc modum. ſi qui-
dem infirmitas ex defectu nature accidit tũc
excuſatio locuꝫ haberi poterit. Sed qꝛ ex ſi-
gnis et experimentis oppoſitũ cõſtat vtpote
quia nullo remedio naturali curari potuit.
Item qꝛ iudicio medicorũ iudicatur vt mor-
bus maleficialis vulgariter nachtſchaden.
Item iudicio fortaſſis incantatricũ aliarum
que aſſerũt ſeu aſſeruerũt morbũ eſſe malefi-
cialem. Item qꝛ ſubito ſuꝑuenit abſqꝫ aliqua
preuia debilitatione. cum tñ naturales infir-
mitates ſucceſſiue ſolent debilitare. Item qꝛ
fortaſſis curata fuit ideo qꝛ repperit certa in-
ſtrumenta ſub lecto aut indumentis ſeu alijs
locis. et illis amotis ſubito ſanitati reſtituta
fuit ꝓut ſepiſſime cõtingit. Ut ſupra in ſecũ-
da parte operis patuit vbi de remedijs tra-
ctatur. Et per hec ſeu ſimilia iudex facillime
poteſt obuiare ꝙ talis infirmitas potius ex
maleficio q̃ꝫ naturali defectu cõtigit. Et per
minas obiectas ſuſpicatur de maleficio. Si-
cut a ſimili ſi quis diceret. volo tibi cõbure-
re horreũ. et effectus ſubſequit̃. vtiqꝫ violen-
tam cauſat ſuſpitionẽ. ꝙ ille qui minas ꝓtu-
lit horreũ ſuccenderit. licet fortaſſis alius et
nõ ipſe cõbuſſerit.

¶ Sequit̃ ad idẽ queſtio duodecima magis
declarãs qualiter ſit inimicicia capitalis in-
ueſtiganda. Actus ſeptimus.

Attento ꝙ a teſtimonio ferẽdo tan-
tummodo inimici capitales repel-
luntur vt ſupra quinta queſtione
tactum fuit. Inimiciciam autẽ ta-
lem declarare ex his que in capitulo prece-
denti tacta ſunt iudici fortaſſis nimis obſcu-

rum et difficile videaẗ. attento ꝙ delatus vel eius procurator nollent faciliter eius acquieſcere deciſioni ſup materiā tactā. q̄ dicaẗ inimicicia capitalis ⁊ q̄ nō. Ideo exprimēdi ſūt alij modi q̄bus i noticiā talis inimicicie iudex deueniret. vt inſontē ſic minime dānaret ꝙ tū reū per debitā iuſticiam puniret. Et hi modi licet ſint cauteloſi ſeu etiā doloſi. tamē iudex illos practicare pōt in bonū fidei et rei publice. cū et apoſtolus dicat. cū eſſem aſtutus dolo eos cepi. ſpecialiter etiam hi modi practicanẗ ſuper delatos nō diffamatos publice. ſeu etiā nō notatos per aliquod indiciū facti. licet etiam iudex ſup quoſcūq̧ delatos vbi inimicicias cōtra deponentes allegarent et noīa teſtiū omnino ſcire vellent. Primus modus eſt. Nam datur delato ſeu ſuo aduocato copie ꝓceſſus ad partē ſuā ſcꝫ deorſum et noīa deponentiū ſeu deferentiū ad ꝑtē aliā nō tū eo ordine quo deponūt ſed iſto modo vt nomē teſtis q̄ eſt prim⁹ in copia ſit ſextus vel ſeptimus in cedula. ⁊ qui ſecundus ſit penultimus vel vltimus. et ſic delatus: q̄s hoc deponat vel illud. et quis ſit prim⁹ vel ſecundus in ſua copia. quo ſtante. aut dabis oēs inimicos: aut nō. ſi oēs. eo citius reprehendetur delatus de mendacio. vbi cauſa inimicicie per iudicē ſcrutabiẗ. ſi quoſdā vero tūc facilius cauſa inimicicie inueſtigabiẗ. Secundus modus eſſet a ſimili vbi dareẗ aduocato ꝓceſſus copia ad ꝑtem vnā et deponentiū noīa ad ꝑtē aliā. et adiunctis alijs extraneis q̄ alibi a maleficis fuerūt ꝑpetrata. ⁊ nō a deponentibus ſeu teſtibus inſcriptis depoſita. ſic delatus nō poterit aſſertiue dicere illū vel iſtum inimicū capitaleꝫ qꝛ neſcit que ſint ab illis cōtra eum depoſita. Tercius modus q̄ et ſupra tactus capitulo quinto. Nā qñ delatus examinaẗ in fine ſecundi examinis anteq̄ꝫ petat defenſiones ⁊ anteq̄ꝫ aduocatus ſibi deputaẗ. Interrogeẗ. An reputet ſe habere inimicos capitales qui omni diuino timore poſtpoſito: falſo imponerēt ſibi labē hereſis maleficaꝝ. Et tunc forte impremeditatus ac improuiſus ⁊ nō viſis deponentiū atteſtacionibus. reſpondet ꝙ nō reputet ſe habere taleſ inimicos. vel ſi dicit puto me habere. tūc nominat. et illi inſcribanẗ et cauſa etiā inimicicie. vt poſtmodū iudex valeat eo certius inueſtigare. poſtq̄ꝫ copia ꝓceſſus et noīa ſeorſum fuerint tradita modis q̄bus ſupra. Eſt et quartus modus vt iterū in fine ſecūdi examinis aut cōfeſſionis de qua in ſexta queſtione circa ſecunda interrogatoria anteq̄ꝫ denẗ ſibi defenſiones interrogaẗ de teſtibus qui

grauius depoſuerūt cōtra eū ꝑ hunc modū Cognoſcis tu talem vnū noīando de teſtibꝫ qui grauiora depoſuit. et tunc dicet ꝙ ſic. vel ꝙ nō. Si dicit ꝙ nō. tunc nō poterit ex poſt dando ſibi defenſiones et aduocatū ponere illū capitalē inimicū. cum dixerit medio iuramento prius oppoſitū ſcꝫ nō noſcere illum Si aūt dicit ꝙ ſic. tunc interrogeẗ ſi ſcit vel audiuit ꝙ ipe vel ipa egerit aliq̄d cōtra fideꝫ ſicut malefice ſolent facere. Si dicit ꝙ ſic. Talia ⁊ talia fecit. Interrogaẗ ſi eſt ei⁹ amic⁹ vel inimicus. ſtatim reſpondebit ꝙ amicus et hoc ideo vt eius teſtimonio ſtetur. et ex tūc in illa cauſa nō pt dare illū inimicū capitalē per ſuū aduocatū cum medio iuramento per antea dixit eum amicū. Si aūt reſpondeat ꝙ nihil ſcit deo. tūc interrogaẗ an ſit eius amicus vel inimic⁹ ⁊ ipe ſtatim reſpōdebit ꝙ amicus. qꝛ allegare inimicū de quo nīl mali nouit. nō facit. dicet ergo ſum ſuus amicus. At tamen ſi ſcirē aliqua non obmitterē quin illa reuelarē. in tali ergo cauſa nō poterit eum ponere ex poſt inimicū. vel ad minus allegabit cauſas inimicicie capitalis a principio. et tūc aduocato adhibebiẗ fides. Quintus moduſ eſt nam datur delato ſeu aduocato copia ꝓceſſus ſuppreſſis noībus deponentiū. et vbi aduocatus informabit eū de ſingulis. coniecturatur quis vel qui depoſuerūt talia cōtra eū. et frequēter venit in cognitionē. et tunc ſi dicet talis eſt inimicus capitalis: et volo ꝓbare ꝑ teſtes. tūc iudex habet cōſiderare ſi cōcorditer iuxta ꝓceſſum noīauit. et tunc qꝛ dixit velle ꝓbare ꝑ teſtes illos examinabit ⁊ cauſas inimicicie exaīnabit. ſecrete cōuocato ad hoc bono cōſilio peritorū vel antiquorum in quibus latet prudentia. et ſi ita inuenerit cauſas inimicicie capitalis ſufficientes. tunc repellat primo teſtes. ⁊ illi dimittetur ſi non aſſunt alia grauamina aliorum teſtium. Et hic modus quintus vt cōmunius obſeruatur. et de facto malefice cito ex copia ꝓceſſus eliciunt qui vel que aduerſus eam depoſuerunt. et quia rariſſime in tali cauſa inuenitur inimicicia capitalis quia niſi ea que ex earū malis operibus oritur. Ideo iudex de facili ſe habet per prefatos modos reſoluere. attento etiam ꝙ ſepius deponenteſ affectant ſe ꝑſonaliter maleficis preſentare et in faciē obijcere ea q̄ per maleficia eis ſunt illata. Eſt et ali⁹ et vltim⁹ ad quē finaliẗ iudex recurrere ꝑt vbi ꝑdicti modi fortaſſis iudicarenẗ ab aliq̄bꝫ doloſi ⁊ ꝑ aſtutiā ꝑcticati ꝑſertim q̄ttuor primi. ideo oīno ad ſatiſfaciendū et quietandum ſcrupuloſas mentes ⁊ ne iudici quicq̄ꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obiꝫciatur. aduertat ꝙ poſtq̄ per ꝑcedentes
modos expertus eſt. nõ eſſe aliquã inter dela
tum et deponentẽ capitalẽ inimiciciã vult tñ
hoc idẽ ꝯſilio alioꝝ aſſeſſoꝝ cõcludere in fi
nem ne ſibi quicq̄ obiꝫciat̄. faciat hoc. det de
lato ſeu eius aduocato copiã ꝓceſſus. depo=
nentiũ tñ et deferentiũ noĩbus ſuppreſſis. et
quia defendendo dicit ſe habere inimicos ca
pitales. ⁊ fortaſſis cauſas inimiciciaꝝ variaſ
allegat ſiue in re ita ſint ſiue nõ. cõgregat tñ
iudex cõſiliũ ꝑitoꝝ cuiuſcũq̄ facultatis ſi cõ
mode habere pt. vel ad minus ex ꝓuidis et
honeſtis ꝑſonis quibuſcũq̄. qꝛ ad hoc tene
tur iuxta. c. ſtatuta. frequẽter allegatũ. et illis
totũ ꝓceſſum integraliter et ꝑfecte ꝑ notariũ
ſeu ſcriptorẽ legi faciat. et cum teſtiũ ſeu de=
ponentiũ noĩa publice exponat. ita tñ ꝙ ad
tenendũ ſecretũ ſub ꝑſtito iuramento omnes
aſtringat. et de illo an hoc facere velint pri⁹
habet inquirere. qꝛ aliaſ omnino nõ ſunt eis
noĩa illa exponenda. Ex poſt dicat. qualiter
per talem et talem moduꝫ inquirẽdo de ini=
micicia nullã potuerit perpendere. Attamẽ
ſubinferat ſi videbit̄ fiat e duobus vnũ. aut
ꝑ cõſilium diſcernatur. qui ſint ex deponenti
bus repellẽdi tanq̄ inimici capitales. et quõ
aut eligant̄ tres quattuor aut quinq̄. q̇ am=
plius nouerũt in villa aut oppido. amiciciaꝫ
vel inimiciciã. delati et teſtiũ et qui non ſunt
pñtes in cõſilio et publicent̄ illis tantummõ
noĩa delati et teſtiũ. nõ autẽ articuli ꝓceſſus.
et ſtabit̄ iudicio eorundẽ. ex primo nõ pote=
runt bene teſtes repellere. Attento ꝙ iudex
ſuos modos inquirendi practicauit. ex ſcđo
vero totaliter ſe immunẽ faciet et omnẽ a ſe
ſiniſtrã ſuſpitionẽ excutiet. tenet̄ etiã hũc vl
timũ modũ ſeruare vbi delatus in alieno lo=
co et patria eſſet captus. Et hec ſufficiant ad
diſcernendũ ſuꝑ inimiciciã.

Queſtio. xiiij. ſuper ea que ante interroga
toria in loco carceris et torture ꝓponenda:
habet iudex aduertere et eſt actus nonus.

Quid deniq̄ iudice agendũ ſit cla=
re patꝫ. Si eni vt cõmunis exigit
iuſticia. ad penã ſanguinis nõ iu=
dicat̄ niſi ꝓpria cõfeſſione cõuinca
tur. q̄uis ex aliꝫſ duobus habet̄ ꝓ manifeſte
deprehenſa in heretica prauitate. ſcꝫ ex eui=
dentia ſeu indicia facti et ex teſtiũ ꝓductione
legitima vt ſuꝑ q̄ſtione ſeptĩa tactũ fuit. et de
tali etiã delata ad pñs agit̄. tũc vtiq̄ q̄ſtioni
bus et tormentis ꝓ criminũ faſſione expone=
tur. Et vt queſtio clara ſit: ponat̄ caſus qui ⁊
ſpire cõtigit et ad multoꝝ noticiam ꝑuenit.

Quidã honeſtus dũ quandã mulierẽ ꝑtrãſ
ſeundo nõ ei ad nutũ in venditõe cuiuſdã rei
venalis complacere voluiſſet. illa indignata
poſt tergũ clamauit. in breui optaſſes vt an=
nuiſſes. et eſt vſitatus ſic modus loquẽdi ma
leficarũ vel a ſimili ſenſu qñ maleficiũ ꝑ aui=
ſamenta volũt inferre. tunc ille indignatus
et nõ immerito ſuꝑ eam vultũ poſt tergũ ver
tit vt eã quo aĩo verba ꝓtuliſſet inſpiceret. et
ecce ſubito maleficio ꝑcuſſus os ſuũ in obli
quum horribili deformitate vſq̄ ad aures ex
tenditur. nec retrahere potuit ſed multo tpẽ
in illa deformitate ꝑſtitit. Hic euidẽs factuꝫ
iudici ꝓponitur. caſum ponimus et an ꝓ ma=
nifeſte deprehenſa in hereſi maleficaꝝ ſit hã
benda querit̄. Reſpondere oportet ex verbis
Bernar. in glo. ordinaria. et in. c. ad abolen=
dam. vt ſupra queſtione notata tangit̄ ꝙ ſic.
eo ꝙ tribus modis vt ibi tangit̄. qu s vt ta=
liter deprehenſus iudicat̄. et illa etiã tria nõ
copulatiue. i. ꝙ oĩa tria habent inſimul ꝯcur
rere. ſed vnumq̄dq̄ ꝑ ſe ſcꝫ euidentia facti. te
ſtium legitima ꝓductio et ꝓpria cõfeſſio. red=
dit maleficã vt manifeſte deprehenſam repu
ꝙ diabolus etiam ſi abſqꝫ malefica poſſet ad-
huc ſumme per maleficam talia exercere affe-
ctat varijs reſpectibꝫ vt in precedentibꝫ pa-
tuit. Epilogando ad noſtrum ꝓpoſitum ſuꝑ
modos ex ꝑ̄ſumptōibꝫ iudicandi. Dicenduꝫ
ꝙ ſuꝑ prefatā diſtinctōꝫ ſuſpecti de hereſi ma
leficarum ſunt in triplici genere cū quidā le-
uiter. quidā vehementer. et quidaꝫ violenter.
Leuiter ſunt ſuſpecti qui talia modica vel le
uia ꝑagunt ꝙ ex eis orit̃ modica vel leuis ſu
ſpitio ꝯtra eos de tali hereſi. et licꝫ vt dictum
eſt vbi qs ſic inuenit̃ ſuſpectus nō ſit hereti-
cus hñdus. tñ debet ſibi indici canonica pur
gatio: vel iniungi tanqꝫ ꝓ leui abiuratio. Et
quidē ꝙ purgatio poſſit ſibi indici habet̃. c.
excōicamus. i. in prin. extra de here. vbi dici
tur. Qui autē inuenti fuerint ſola ſuſpitione
notabiles. ſuſpitōne probabili. hoc eſt leui. et
que leuiter apparet. dicit Hoſtieñ. ſequit̃. niſi
iuxta ꝯſideratōes ſuſpitōis qualitatēqꝫ ꝑſo-
ne ꝓpriam innocentiā cōgrua purgatōe mon
ſtrauerint anathematis gladio feriant̃. et vſ-
qꝫ ad ſatiſfactioneꝫ condignam ab omnibus
euitentur. Ita. ꝙ ſi per annum in excōmuni-
catione perſtiterint ex tūc velut heretici con
demnentur. Hec ibi. Et nota. ꝙ indicta ſibi
purgatione canonica ſiue coſentiat ſiue non
ſiue deficiat ſiue non. eſt per omnia iudican-
dum ſicut de diffamato de hereſi cui eſt pur-
gatio canonica indicenda. Sed et hoc ꝙ ab-
iuratio poſſit tali indici tanqꝫ leuiter ſuſpe-
cto de hereſi. patet per. c. Accuſatus. in prin-
cipio. vbi dicitur. Accuſatus de hereſi vel ſu
ſpectus. cōtra quem de hoc crimine magis et
vehemens ſuſpitio orta erat. ſi hereſim in iu
dicio abiurauit et poſtea cōmittit in ipſa cen-
ſeri debet quadam iuriſfictōne relapſus. licet
ante abiurationem ſuam hereſis crimen pro
batum nō fuerit ꝯtra ipm. Si aūt modica et
leuis fuit ſuſpitio illa: quanqꝫ ex hoc ſit gra-
uiter puniendus. tamen non debet in here-
ſim relapſoꝝ pena puniri. Hec ibi. Quidaꝫ
aūt cū ſint ſuſpecti vehementer ⁊ ſunt illi qui
talia vehemētia ⁊ fortia ꝑagunt. qđ ex eis ori
tur vehemens et magna ſuſpitio. et tales licet
etiā nō ſint heretici nec vt heretici ꝯdemnan-
di. eo ꝙ expſſe habetur extra de ꝑ̄ſumpt. c. li-
teras. §. quo circa. Nullus ꝓ ſuſpitōe vehe-
menti eſt de tanto crimine ꝯdemnādus. Naꝫ
ibi ita dicit̃. Quo circa mandamus. quate-
nus cū ꝓpter ſolā ſuſpitionē ꝙ̄uis vehemen-
tem. nolumus illū de tā graui crimine cōde-
mnari. tñ de tali ſic vehementer ſuſpecto de-
bet ſibi mandari ꝙ abiuret generaliter omnē
hereſim ⁊ ſpecialiter in quā incidit tanqꝫ ve-
hementer ſuſpectus. ꝑ alleg. c. Accuſatus. in
prin. vt eſt dictū. et ꝑ. c. inter ſollicitudies. ex-
tra de pur. ca. et ꝑ. c. literas. extra de ꝑ̄ſumpt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex ſi poſtmodū relabatur vel in priſtinam vel
in aliā. vel in eos quos ſcit maleficos aut he
reticos aſſociet viſitet vel deducat. vel conſu
lat munera donando. vel mittat. ſeu fauorez
eis impēdat. relapſoꝝ penam nō euadet. ꝑ al
legatū. c. Accuſatus. Ubi dicitur ſic. Cū ve=
ro qui in vna hereſis ſpecie vel ſecta cōmiſit.
aut in vno fidei articulo ſeu ſacramēto eccle=
ſie errauit. Et poſtmodū hereſim ſimpliciter
vel generaliter abiurauit. Si ex tunc in aliā
ſpeciem hereſis ſiue ſectā ac alio articulo ſeu
ſacramento cōmittat. volumus vt relapſus
in hereſim iudicari. Jlle ergo de cuius lapſu
in hereſim ante abiurationē cōſtiterit vel nūc
conſtat. ſi poſt illam abiurationē receptat he
reticos deducat. viſitet ſiue aſſociet. ac dona
vel munera eis donet vel mittat. ſeu fauorem
eis impēdat. ⁊ infra. merito debet iudicari re
lapſus. cū illum ex approbato a ſe prius erro
re nō ſit dubiū illud feciſſe. hec ibi. Ex quibꝫ
verbis apparet ꝙ in tribꝫ caſibꝫ in genere ſu=
ſpectus de hereſi vehemēter poſtq̃ abiurauit.
pena plectiť relapſoꝝ. Primus ē quādo rela=
bitur in eandē ⁊ priſtinā hereſim de qua ſu=
ſpectus fuerat vehemēter. Secūdus quādo
hereſim ſimpliciter vel generaliter abiurauit
⁊ relabitur tm̄ in aliā hereſim. eſto ꝙ de ea an=
tea nūq̃ ſuſpectus habitus fuerit nec delatꝰ.
Tercius qn̄ hereticos receptat. ⁊ eos dedu=
cit ⁊ fauorem impēdit. Et hic caſus cōplectiť
multos caſus ⁊ habet multos ſinus. vt patet
in allega. §. Cum vero. in. c. Accuſatus. freq̄n
tius repetito. ¶ Sed q̄ritur quid agendū ſi
talis vehementer ſuſpectus ad mandatuz ſui
iudicis nō ꝯſenſerit ꝯtinue abiurare. An tra
dendus ſit ſeculari arbitrio poteſtatis aīad=
uerſione debita puniendus ꝑ. c. Ad abolen=
dam. §. pn̄ti vero. Rn̄detur. nequaq̃. q2. c. il=
lud. ⁊. §. eius expreſſe loq̄tur nō de ſuſpectis
ſed de manifeſte dep̄henſis in hereſi. ⁊c̄. ⁊ ri=
goroſius cōtra dep̄henſos manifeſte. q̃ ꝯtra
ſuſpectos tantūmodo ē agendū. Et ſi queriť
qualiter ergo ſit ꝓcedendū ꝯtra talem. Rn̄de
tur. ꝙ ꝓcedetur cōtra eū. ꝑ. c. excōicamus. i. ⁊
ꝑ. §. q̄ vero ſola ſuſpitione. ⁊c̄. ſupius inſerto
⁊ excōicabitur in qua excōicatione ſi ꝑ annū
ſteterit ē vt hereticus cōdemnādus. ꝑ alleg. c.
Quidā aūt ſuſpecti ſunt violenter. ⁊ ſunt illi
q̄ talia violentia pagūt. q̄d ex illis oriť vio=
lenta ſuſpitio contra eos talis vt hereticus ē
habendus. ⁊ ſicut de deprehenſo in hereſi eſt
de eo ꝑ omnia iudicandū. ꝑ. c. excōicamus. i.
extra de here. §. qui vero. ⁊ ꝑ. c. cū cōtumacia.
⁊ ꝑ. c. vt officiū. li. vi. Nam vel fatētur crimē.
vel non. ſi ſic. ⁊ volūt redire ⁊ hereſim abiura
re ad penitentiā recipiendi ſunt ꝑ. c. ad abo=
lendam. ⁊ per. c. excōmunicamus. ij. §. finali.
quod ſi non conſenſerint abiurare. tradendi
ſunt curie ſeculari animaduerſiōe debita pu=
niendi. per. ca. Ad abolendam. §. primo al=
legatū. Si autem non fatentur crimen. poſt
q̃ eſt conuictus. nec conſenſit abiurare. eſt vt
hereticus impenitens cōdemnandus. per. c.
ad abolendam. Violenta em̄ ſuſpitio ad cō=
demnandū ſufficit. ⁊ probationē in cōtrariū
non admittit. vt habetur extra de preſumpť.
c. litteris. ⁊. c. Afferte. Et cum hec diſcuſſio
locum habet in ſimplici hereſi. abſq̃ euiden=
tia aut indiciū facti. ſicut etiam in ſexto mo=
do ſententiandi patebit. vbi quis vt hereticꝰ
comdēnatur. etiam ſi non ſit hereticus in re.
quātomagis circa hereſim maleficarum. vbi
ſemper concurrit aut euidens factum in pue
ris. hominibꝫ aut iumentis maleficiatis. aut
indicium facti. puta per inſtrumenta reperta.
Et licet in ſimplici hereſi penitentes ⁊ abiu=
rantes ad penitentiam ⁊ ad perpetuos carce=
res recipiantur vt tactum ē. Jn hac tamē he=
reſi licet eccleſiaſticus iudex recipiat vt ſic ad
penitentiam. ciuilis tamen ꝓpter fore facta cir
ca damna temporalia vltimo ſupplicio puni=
re poteſt nec eccleſiaſticus ipſum impediet q̄
licet non eum tradat ad puniendum tamē re
linquere poteſt.

¶ Queſtio Uiceſima ſuper primum moduz ſententiandi.

Quia ergo delata perſona.
Uel reperitur immunis ⁊ abſoluē=
da totaliter.
¶ Uel reperitur ſolum diffamata de hereſi
generaliter.
¶ Uel rep̄itur vltra infamiā q̄ſtionibꝫ ⁊ tor=
mentis exponenda aliqualiter.
¶ Uel rep̄itur ſuſpecta de hereſi leuiter.
¶ Uel rep̄iť ſuſpecta de hereſi vehementer.
¶ Uel rep̄iť ſuſpecta de hereſi violenter.
¶ Uel rep̄itur diffamata de hereſi ⁊ ſuſpecta
inſimul ⁊ cōmuniter.
¶ Uel rep̄itur confeſſa hereſim ⁊ penitens et
non relapſa veraciter.
¶ Uel rep̄itur confeſſa hereſim ⁊ penitēs ſed
relapſa probabiliter.
¶ Uel rep̄itur cōfeſſa hereſim ⁊ impenitens
ſed non relapſa realiter.
¶ Uel rep̄itur ꝯfeſſa hereſim ⁊ impenitēs at
q̃ relapſa certitudinaliter.
¶ Uel rep̄itur nō ꝯfeſſa ſed ꝯuicta de hereſi.
legitimis teſtibus ⁊ aliās iudicialiter.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Uel repitur cõuicta de hereſi ſed fugitiua
vel abſens ꝯtumaciter.
¶ Uel repitur ab alia malefica incinerãda vl'
incinerata delata.
¶ Uel repitur maleficia nõ inferẽdo ſed tol=
lendo ꝑ remedia illicita ⁊ incongruenter.
¶ Uel repitur vt maleficus ſagittarius ⁊ ar=
moꝝ incantatoꝛ interimendo letaliter.
¶ Uel repitur vt malefica obſtetrix infantes
demonibꝫ execrando hoſtiliter.
¶ Uel repitur remedio appellatõnis ſe tuen
do friuole ⁊ fraudulenter.
¶ Et ſi q̄dem repitur immunis totaliter erit
ꝑ ſequenteꝫ modũ ſententiãda finaliter. Ubi
notandũ ꝙ ꝑſona delata tũc repit̃ immunis
totaliter qñ ꝓceſſus meritis diligenter cũ bo
no cõſilio peritoꝝ diſcuſſis nõ conuincit̃ nec
cõfeſſione ꝓpꝛia. nec facti euidẽtia. nec teſtiuꝫ
ꝓductione legitima. qꝛ videlꝫ diſcrepant in
pꝛincipali. nec etiã alias illa ꝑſona fuit ſuſpe
cta aut diffamata publice de antedicto crimi=
ne. qꝛ ſecus ſi de aliquo alio crimine eſſet dif=
famata. nec etiã ſunt indicia facti ꝯtra talẽ ꝑ=
ſonam. Circa talem talis pꝛactica ſeruat̃. qꝛ
abſoluenda eſt per epiſcopũ aut iudicẽ ꝑ ſen=
tentiam tenoꝛis ſequẽtis.

Nos. N. miſeratõne diuina epiſco=
pus talis ciuitatis. aut iudex talis
⁊c̄. Attẽdentes ꝙ tu talis de tali lo
co ⁊ talis dioceſis fuiſti nobis de=
latus vel delata de tali heretica pꝛauitate. ſcꝫ
maleficaꝝ. Attendentes etiaꝫ illa eſſe talia ꝙ
nõ valebamus nec debuimus cõniuentibus
oculis ꝑtranſire. deſcendimus ad inquiren=
dũ ſi p̄dicta fulcirent̃ aliqua veritate teſtes re
cipiendo te examinando ⁊ alia faciendo q̄ de
cebant ſm̄ canonicas ſanctiones ea ꝓpter vi=
ſis ⁊ diligenter examinatis oĩbꝫ actis ⁊ actita
tis in hac cauſa. habitoqꝫ ꝯſilio ꝑitoꝝ in iu=
re ac etiã ĩ theologica facultate illoqꝫ ſepiꝰ re=
petito ſedentes ꝓ tribunali moꝛe iudicis iu=
dicantis ac hñtes pꝛe oculis ſolũ deũ ⁊ nego
cij veritatẽ ſacroſanctis euãgelijs poſitis co
ram nobis vt de vultu dei iudiciũ noſtrũ ꝓ=
deat ⁊ oculi noſtri videãt equitatẽ ad noſtraꝫ
diffinitiuã ſentẽtiã ꝓcedimus in hũc modũ
xp̄i noĩe inuocato. Quia ꝑ ea q̄ vidimꝰ ⁊ au=
diuimꝰ ⁊ ꝓducta ⁊ oblata. acta ⁊ actitata ſunt
coꝛã nobis in p̄ſenti cauſa. nõ inuenimꝰ ali=
quid ꝯtra te legitime ꝓbatũ foꝛe de his de q̄=
bus delatus fueras coꝛã nobis. Pronũcia=
mus declaramus ⁊ ſententialiter diffinimus
ꝯtra te nõ eſſe actũ legitime coꝛã nobis. ꝓpter
qđ poſſis ⁊ debeas vt hereticus aut maleficꝰ
iudicari nec ſuſpectus haberi aliq̄liter de he
retica pꝛauitate. quare a p̄ſenti inſtantia inq̄=
ſitione ⁊ iudicõ totaliter te relaxamꝰ. lata fuit
hec ſentẽtia ⁊c̄. Caueatur vt nõ ponat̃ in ſen
tentia quacunqꝫ ꝙ delatus ſit inſons vel im=
munis. ſed ꝙ nõ fuit probatũ legitime cõtra
eum. Quia ſi poſtmodũ tempis proceſſu ite
rum deferatur ⁊ legitime probatur põt nõ ob
ſtante predicta abſolutoꝛia ſententia cõdem=
nari. Nota etiam ꝙ eiſdem modis abſoluen
dus ẽ quis quando eſt delatus de receptatõe
defenſatione ſeu alia fautoꝛia heretice pꝛaui=
tatis vbi nihil ꝓbatur legitime cõtra eũ. Se
cularis iudex cõmiſſione epiſcopi modo ſuo
iudicabit.

¶ Queſtio. xxi. ſuꝑ ſecundũ modũ ſententiã
di delatam ⁊ tantummodo diffamatam

Secundus modus ſententiandi ẽ qñ
delatus vel delata ꝓceſſus meritis di
ligenter diſcuſſis cum bono conſilio
peritoꝝ reperitur tantummodo de tali hereſi
diffamatus in aliqua villa ciuitate vl' ꝓuin=
tia. Et hoc eſt quãdo delatus talis nõ cõuin
citur nec pꝛopꝛia confeſſione. nec facti euidẽ
tia. nec teſtiũ pꝛoductione legitima. nec ſunt
quecunqꝫ indicia alia probata contra eũ niſi
p̄ciſe ſola infamia ita ꝙ in ſpeciali nullũ ꝓ=
bat̃ maleficiũ ꝑpetratũ. qđ q̄dẽ ꝓbare p̄t ſuꝑ
vehementẽ aut violentã ſuſpitõem qñ verba
cõminatoꝛia ſuꝑ leſionẽ inferẽdam ꝓtuliſſet
dicendo in effectu vel in ſentẽtia. In breui tu
ſenties que tibi euenient ⁊ poſt effectus aliq̄s
fuiſſꝫ ſubſecutus in leſione coꝛpoꝝ aut iumẽ
toꝝ. Circa iſtũ igitur cõtra quẽ nil ꝓbatur ni
ſi p̄ciſe infamia talis pꝛactica ẽ ſeruãda. In
tali eñ caſu qꝛ ſententia nõ poteſt pro delato
ferri abſoluendo eundẽ. ſicut in pꝛimo modo
tactũ ẽ ſed contra indicendo ſibi canonicam
poꝛtõnẽ. Ideo epiſcopus ſeu eius officialis
aut iudex aduertãt pꝛimo ꝙ in cauſa hereſis
nõ refert ſi aliq̄s ſit tantũmõ apud bonos ⁊
graues ꝑſonas diffamatus. imo attendit̃ hic
ꝙ etiam apud quoſcũqꝫ viles ⁊ ſimplices ſit
diffamatus. Et ratio eſt. quia a q̄bꝫ q̄s poteſt
accuſari in crimine hereſis apud illos etiam
poteſt quis infamari. ſed quilibet hereticus
poteſt a q̄buſcũqꝫ ꝑſonis accuſari cũ tantum
mõ inimici capitales vt ſupꝛa patuit excipiũ
tur. ergo apud illos poteſt infamari.
¶ Feret ergo ep̄s ſeu iudex ſuꝑ cano. pur. ſen
tentiã ꝑ hũc modũ vel ꝯſimilem.

Nos. N. miſeratõe diuina epiſcopus
talis ciuitatꝭ aut iudex talis dominij
Conſiderantes ꝙ meritis proceſſus
facti ꝑ nos ꝯtra te talem talis dioceſis nobis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

delatū de tali heretica prauitate diligēter di-
ſcuſſis ⁊c. Nō inuenimus te ꝯfeſſum nec cō-
uictū de p̄dicta labe. nec alias ſuſpectū ad mi
nus leuiter niſi ꝙ te repimus legitime ⁊ vera
citer. in tali villa ciuitate vel dioceſi ⁊ apud
bonos ⁊ malos publice diffamatū. Ea ꝑpter
ad purgandū hmōi infamiā. ⁊ vt bonꝰ odor
in cetu fideliū exiſtas. tibi indicimus cano-
nicā purgatōnē vt ē iuris aſſignādo tibi talē
diem talis mēſis ⁊ talē horam talis diei. In
q̄ cōpareas ꝑſonaliter corā nobis vt purges
tuā infamiā tanta manu ordinis tui. q̄ quidē
ꝯpurgatores ſint hoīes fide catholici ac vita
ꝓbati ⁊ qui ꝯuerſationē tuā ac vitā nouerūt
nō tam moderno tpe q̄ȝ tranſacto. Signifi-
cantes ꝙ ſi in purgatōne defeceris te habebi
mus ꝓ ꝯuicto ꝑut volūt canōice ſanctiones.

Hic aūt cōſiderandū ē ꝙ qñ aliqs repi
tur legitime de aliq̄ hereſi publice dif
famatus ⁊ ꝯtra eū aliq̄d nō ꝓbat̄. niſi
infamia ipa ſola indicit̄ ſibi canonica purga
tio hoc ē ꝙ habeat aliqs viros. Septē decē
vel viginti vel triginta ſm̄ ꝙ plus vel minus
⁊ in locis pluribꝫ vel paucioribus magis vel
minus in ſignibus fuerit diffamatus. q̄ ſunt
ſue ꝯditōnis ſeu ordinis. vt ſi diffamatus re
ligioſus ⁊ illi ſint religioſi ſi clericus ſecula-
ris ⁊ illi clerici ſeclares ſi milites ⁊ illi milites.
q̄ purgāt eū a crimine. de q̄ ē diffamatus qui
ꝯpurgatores dicūtur eē hoīes fide catholici
⁊ vita ꝓbati q̄ ⁊ illius ꝯuerſatōem ⁊ vitā non
tam moderno tpe q̄ȝ antiq̄ nouerūt. vt hr̄ ex-
tra de pur. ca. inter ſollicitudines. Si autē ſe
purgare noluerit excōicetur. quā excōicatio-
nem ſi p annū ſuſtinuerit aīo indurato extūc
vt hereticus ꝯdemnat̄. iuxta. c. excōicamꝰ. ita
q̄ȝ. §. q̄ aūt. Si aūt ſe purgare decreuerit ſȝ in
purgatione defecerit. hoc eſt ꝙ ꝯpurgatores
tales ⁊ tantos ꝑut ei iniūctū fuit q̄ eū purgēt.
nō inuenerit ꝓ cōuicto hr̄. ⁊ ſic vt hereticꝰ cō
demnat̄. vt hr̄ extra de here. excōicamus. i. §.
adijcimus. ⁊ ver. q̄ nō ſe. ⁊ de purga. ca. Cum
dilectus. Conſiderandū aūt ē hic ꝙ qñ dr̄ ꝙ
indicat̄ diffamato q̄tenus purget ſe trina vl̄
quarta manu ordinis ſui ꝙ ordo ſumit̄ ibi i
genere ⁊ nō in ſpecie. vñ ſi epus purgandus ē
nō negatur quin cuȝ epis purgandus poſſit
admitti. Abbates ⁊ religioſi pſ̄biteri ⁊ alijs
pari forma de pur. ca. Quotiēs purgabit aūt
ſe diffamatus p modū q̄ ſeq̄tur. vt colligit̄ ex
tra de purga. ca. quotiēs. §. porro. ⁊ c. accepi
mus. Quo ad ſecundū.

Adueniente aūt termino eidem diffa-
mato ad ſe purgādū canonice aſſigna
to cōparebit ꝑſonaliter purgandus
cū ſuis ꝯpurgatoribus corā epo ⁊ inquiſito
re in loco vbi noſcit̄ infamatus ⁊ ille q̄ diffa-
matus ē ponēs manū ſup librū euāgeliorū
ante eū poſitū. dicet ſic. Ego iuro ſup iſta q̄-
tuor euangelia ſctā dei ꝙ talē hereſim expmē
do eā de q̄ ſum diffamatꝰ nūq̄ȝ tenui nec cre-
didi nec docui nec teneo nec credo. Negabit
ſcȝ illud cuȝ iuramēto de q̄ ē diffamatus q̄c-
q̄d ſit illud. Quo facto omnes ꝯpurgatores
ponēt manū ſup librū p̄dictū euangeliorum.
Et quilibet dicet ita. Et ego iuro ſup iſta ſan
cta dei euāgelia ꝙ credo ipm̄ verū iuraſſe. Et
tunc canonice eſt purgatus.

Conſiderandū eſt etiā diffamatus de here
ſi ibi ē purgandus vbi noſcit̄ diffamatus. et
ſi fuerit in multis locis infamatus impona-
tur ſibi ꝙ in oībus illis fidē catholicā publi-
ce ꝓfiteatur ⁊ deteſtet̄ hereſim de qua noſcit̄
infamatus de pur. ca. īter ſollicitudines. nec
ꝯtemnat q̄ canonice ſe de hereſi purgauit. nā
ſi poſt purgationē incidit in hereſim iā pur-
gatā ꝓ lapſo habet̄ ⁊ vt relapſus tradendus
eſt curie ſeculari. iuxta. c. excōicamus. i. §. adij
cimꝰ. ⁊ ver. vl̄ ſi ē poſt purgatōnē. ⁊ c. ad abo
lendam. §. illos quoq̄ȝ ſecus aūt ſi in aliā he
reſim incidit q̄ qua ſe āte nō purgauit. iuxta
c. allegatum.

Queſtio. xxij. ſup terciū modū ſententian
di diffamatam ⁊ q̄ſtionibus exponendam.

Tercius modus proceſſum fidei fini-
endi ⁊ terminādi eſt qñ delatus de he
reſi ꝓceſſus meritis diligenter ꝯſide-
ratis cū bono ꝯſilio ꝑitoꝝ repitur varius vel
habēs indicia cōtra ſe ad q̄ſtiones vt. ſ. expo
natur q̄ſtionibus ⁊ tormentis. vt ſi q̄ſtionatꝰ
nihil conceſſerit ꝓ immuni ⁊ innocente ha-
beatur. Et hoc eſt qñ delatus nō eſt depꝛehē
ſus nec ꝓpria confeſſione nec facti euidentia
nec teſtiū legitima ꝓductione nec ſunt indi-
cia ad talē ſuſpitionē vt habeat hereſim abiu
rare. Eſt tamē in ſuis ꝯfeſſionibus varius.
Uel alias ſunt indicia ſufficientia ad q̄ſtio-
nes ⁊ tormenta. Circa iſtū talis practica ē ſer
uanda. In tali aūt caſu qꝛ ſnīa interlocuto-
ria eſt cōtra delatū ferenda ⁊ nō ꝓ eo. Ideo p
inquiſitorem couiūctim ⁊ non diuiſum ē fe-
renda. iuxta. c. multoꝝ. In primis ſi talis ſte
terit in negatiuis firmiter ⁊ nullatenus licet
inductꝰ p ꝓbos viros fateri voluerit verita-
tē feret̄ ſnīa q̄ vr̄ ſape vim diffinitiue ſentētie
per modum tenoris ſequentis.

Nos. N. miſeratōne diuina epiſcopus
talis ciuitatis aut iudex in terris di-
tioni talis domini ſubiectis. Atten-
dentes meritis proceſſus facti per nos cōtra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

te talem talis loci talis dioceſis et diligenter
examinatis ꝙ tu es varius in tuis cōfeſſioni
bus et nihilominus ſunt indicia multa que
ſunt ſufficiētia te ad exponendū queſtionib⁊
et tormentis. Eapꝓpter vt veritas ab ore tuo
ꝓprio habeaṫ et vt deinceps aures iudicū nō
offendas interloquēdo declaramus iudica=
mus et ſententiamus die pn̄ti et hora tali te
ſuppponendū queſtionib⁊ et tormētis lata fuit
hec ſententia.

¶Si queſtionandus reperiaṫ varius ⁊ in ſi
mul ſint indicia alia ad queſtiones ſufficien
tia poneṫ vtrūqȝ in ſnīa. vt in p̄dicta poſituȝ
eſt. ſi aūt hec duo nō ꝯcurrāt ſed vnū tm̄ vt=
pote varietas ſine alijs indicijs vel alia indi
cia ſine varietate poneṫ in ſnīa vt inuenitur.
ſentētia autē lata mox exequaṫ vel exequi ſi=
muletur. Nō ſit tm̄ iudex multū voluntari⁹
ad queſtionandū aliquē. nā queſtiones ⁊ tor
menta nō inferunṫ niſi in defectu aliarū ꝓba
tionuȝ. Et ideo ꝑquirat alias ꝓbationes ꝙ
ſi nō inuenerit et tenet ꝓbabiliter ꝙ delatus
eſt culpabilis ſed metu negat veritatē bonis
modis et qn̄qȝ cauteloſis interdū adhibitis.
eius amicis inducentib⁊ ad veritatē dicendā
faciat ſuā diligentiā vt ab ore eius habeat ve
ritatē et negociū nō feſtinet. nā meditatio fre=
quens et carceris ⁊ calamitas ac replicata in
formatio ꝓborū viroꝝ diſponūt ad veritatē
erudiendā. Q̄ꝺ ſi delato conuenienter expecta
to et tp̄e cōgruenter ꝓrogato ac delato multi
pliciter informato. Credāt fide bona ep̄us et
iudex oībus cōſideratis ip̄m delatuȝ negare
veritatē queſtionent eū moderate ſine tm̄ effu
ſione ſanguinis ſcientes ꝙ q̄ſtiones ſunt fal
laces et inefficaces. Nā aliq̄ ſunt ita molles
corde et vecordes ꝙ ad leuē torturā oīa cōce=
derent quecūqȝ falſa. Aliqui aūt ſunt ita ꝑti=
naces ꝙ q̄ſtumcūqȝ vexarenṫ ab eis veritas
nō habereṫ. Aliq̄ ſunt qui fuerūt alias que=
ſtionati et iſtoꝝ aliqui melius ſuſtinēt q̄ſtio=
nes q͛ ſtatim brachia trahunṫ et flectunṫ. ali
qui aūt remanēt debiliores et ſic minus ſuſti
nent queſtiones. aliq̄ etiā ſunt maleficiati et
in queſtionib⁊ maleficijs vtunṫ qui ante mo
rerentur q̄ȝ aliq̄d faterenṫ: efficiunṫ enī quaſi
inſenſibiles. Quare in queſtionib⁊ cū maxi=
ma prudētia eſt agendū et ad cōditionē que=
ſtionandi q̄ȝ plurimū attendendū. Cū aūt la
ta fuerit mox miniſtri ſe diſponāt ad q̄ſtionā
dum delatū. Et cū diſponūt ſe ep̄s aut iudex
et ꝑ ſe et ꝑ alios bonos viros fidei zelatores
inducāt queſtionandū ad fatendū libere. etiā
cōpromittendo ad cōſeruationē vite ſi opus
ſit vt ſupra tactū ē. Q̄ꝺ ſi nec ſic poterit ad ter

rorē vel etiā ad veritatē fatendā induci pote=
runt ſecundā diē vel terciā aſſignare ad cōti=
nuandū tormenta nō ad iterandū q͛ iterari
nō debēt niſi nouis ſuꝑuenientib⁊ indicijs
cōtra eū et tunc pn̄t ſed cōtinuari nō ꝓhibeṫ
diceṫ ergo ſic. Et nos. N. ep̄s et. N. iudex ſi
aſſit p̄fati aſſignamus tibi tali diē taleȝ ad q̄=
ſtiones ꝯtinuandū vt a tuo ore ꝓprio veritas
eruaṫ et totū ponaṫ in ꝓceſſu. Et infra tem=
pus eidē aſſignatū et ꝑ ſe et ꝑ alios ꝓbos vi=
ros inducēt eū ad fatendū veritatē. Q̄ꝺ ſi fate
ri noluerit die aſſignata poterūt q̄ſtiones cō
tinuari et ſic queſtioneṫ eiſdē vel alijs graui=
bus tormentoꝝ fortius vel leuius ſm̄ maio
rem culparū grauitatē. Et poterunt iudices
multas cautelas licitas adhibere ⁊ in verbis
et in factis. vt veritas habeaṫ quas magiſ do
cet exꝑientia atqȝ vſus et negocioꝝ varietas
q̄ȝ ars alicui⁹ ſeu doctrina. Ubi aūt decenter
queſtionatus ⁊ tormētis expoſit⁹ noluerit de
tegere veritatē ampli⁹ nō vexeṫ ſed libere abi
re dimittaṫ. Si aūt ꝑſtiterit in ip̄a ꝯfeſſione
et ꝓderit veritatē culpā ꝓpriā cognoſcendo ⁊
ab eccleſia veniā poſtulando tāqȝ deprehen=
ſus in hereſim propria confeſſione ſed peni=
tēs. Iuxta. c. ad abolendā. §. pn̄ti. abiuret et
ſentētialiter vt deprehenſus publice ꝯdēne=
tur ꝑ modū quo ꝯdemnanṫ in hereſim dep=
henſi ꝓpria cōfeſſione. vt diceṫ infra in octa=
uo mō expediēdi hmōi dep̄hēſos videatur
ibi. vbi vero veritatē ꝓderit et nō penituerit
ſed in hereſi ꝑtinaciter perſtiterit et relapſus
nō fuerit cōdemnabiṫ. iuxta. c. ad abolendā.
§. pn̄ti. et expectat⁹ cōpetenter informat⁹ de
center tradeṫ brachio ſeculari vltimo ſupꝑli=
cio feriend⁹. vt diciṫ infra in decimo mō Si
aūt relapſus fuerit ꝯdemnabiṫ ꝑ modū q̄ di=
cetur infra in decimo mō ꝓceſſum aliquē ter
minandi videaṫ ibi.

Hic aūt eſt diligentius attendendū ꝙ
ille qui queſtionandus eſt ante que=
ſtiones interdū cōtra ſe nihil cōfiteṫ
nec aliquid ꝓbaṫ ꝓpter qꝺ poſſit nec debeat
hereſim abiurare nec ꝓpter hereſim ꝯdemna=
ri et de talib⁊ agiṫ hic ⁊ dictū eſt ſtatim. Inter
dum aūt ip̄e delat⁹ eſt in hereſim deprehen=
ſus vel al's ſunt alia ꝯtra eū ꝓbata indicia ꝓ
pter q̄ debet abiurare vt leuiter vel vehemē=
ter de hereſi ſuſpect⁹ ꝓpter q̄ nō eſt queſtionā
dus ſed ſi vltra hoc negat aliqua q̄ nō ꝓban
tur ſed ſunt indicia ſufficiētia ad q̄ſtiones. et
cū ꝓ talib⁊ queſtionaṫ ſȝ nihil ꝓpter q̄ſtiones
cōfiteaṫ nihilominus iſta nō eſt abſoluenda
iuxta primū modū ſed ſm̄ ꝓbata cōtra eam
ꝓcedatur ⁊ adiurabit vel vt ſuſpectus vel vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deprehenſus ſi vir ꝓut proceſſus merita exi
gent et requirent. ſi vero ꝓpter queſtiones cõ
fiteat̃ illa vel eorũ aliqua ꝓpter q̃ queſtionat̃
tũc abiurabit hec et illa et ꝓ iſtis et illis ſentẽ
tia cõtra eũ eſt ferenda.

¶ Queſtio. xxiij. ſuper quartũ modũ ſenten-
tiandi delatã et ſuſpectã leuiter.

Quartus modus ꝓceſſum fidei ſentẽ-
tiandi et terminandi eſt qñ delatus
de hereſi ꝓceſſus meritis diligenter
diſcuſſis cũ bono cõſilio in iure ꝑitoꝝ reperi
tur tm̃ ſuſpectꝰ de hereſi leuiter et hoc eſt qñ
delatus de hereſi nõ deprehendit̃ nec ꝯfeſſio
ne ꝓpria nec facti euidẽtia nec teſtiũ ꝓductio-
ne legitima. nec al's ſunt indicia fortia ſeu ve
hementia de illa hereſi ꝯtra eũ ſ; tantummõ
modica et leuia et talia eſſe ꝑ ꝯſiliũ indicata
ꝓpter q̃ vt ſuſpectus leuiter de hereſi p̃t ⁊ de-
bet: vt talis illã hereſim de qua delatus exti-
tit abiurare et talis ſi relabat̃ pena relapſi de
bita nõ punit̃. licet grauius tunc fuerit puni
endus q̃ꝫ ſi nõ in ante abiuraſſet. Juxta. c. ac
cuſatus. in prin. de here. li. vi. Circa iſtũ talis
practica eſt ſeruanda. Talis enĩ ſi habet̃ ſu-
ſpectus publice. abiurabit publice ĩ eccleſia
per modũ qui ſequit̃ in ſnĩa.

Ego talis dioceſis talis habitator ci-
uitatis vel loci talis in iudicio cõſti-
tutus corã vobis dño epo talis ciui-
tatis. ſacroſanctis euãgelijs poſitis corã me
et ꝓprijs manibꝫ eis ꝑ me tactis. Juro me cre
dere corde et ꝓfiteor ore illã ſanctã fidẽ catho
licam et apoſtolicã quã ſacroſancta romana
eccleſia credit cõfitet̃ p̃dicat et obſeruat. Jtẽ
iuro me credere corde et ꝓfiteor ore ꝙ dñs ie
ſus chriſtus cum oĩbus ſanctis deteſtat̃ he-
reſim peſſimã maleficaꝝ ⁊ ꝙ oẽs illã inſequẽ
tes ſeu illi adherẽtes eternis ignibus crucia
buntur cũ diabolo et angelis eiꝰ eternaliter
niſi reſipiſcant et eccleſie ſancte per pniam re
cõciliati fuerint. Et ꝯſequenter abiuro abne
go et reuoco illã hereſim de qua habetis me
ſuſpectã vos dñi eps et officialis vic; ꝙ fami
liaritatẽ cum maleficis habui. eorũ errorem
ignoranter defendi odio habui inquiſitores
et illarũ ꝑſecutores ſeu etiã ꝙ eorum crimina
nõ detexi. Jtẽ iuro ꝙ nũq̃ꝫ predictã hereſim
credidi neq; credo nec illi adheſi nec adhe-
reo nec vnq̃ꝫ credã neq; herebo nec illã docui
nec docere intendo ꝙ ſi aliquid p̃dictoꝝ fece
rim in futurũ ꝙ deus auertat penis iuris ta
liter abiuratis ꝓmpto aĩo me ſubmitto para
tus ſubire oẽm pniam quã ꝓ his q̃ feci ⁊ dixi
merito me habetis ſuſpectũ volueritis mihi
iniungere illã iuro ꝓ viribꝫ adimplere vt nul
latenus cõtrauenire ſicut me deus adiuuet
et hec euangelia ſacroſancta.

¶ Predicta aũt abiuratio fiat in vulgari vt
ab oĩbus intelligat̃. Qua facta iudex ſi adeſt
aut officialis p̃t ſibi dicere publice in vulga-
ri talia verba vel ſilĩa in effectu. fili vel filia tu
ſuſpitionẽ quã te habebamus vt nõ immeri
to abiuraſti et purgaſti ꝑ abiurationẽ p̃liba-
tam de cetero caueas tibi ꝙ nõ incidas ĩ hãc
hereſim abiuratã. Nã lic; ſi peniteres nõ tra
deris brachio ſeculari. qꝛ abiuraſti tanq̃ꝫ ſu-
ſpectus leuiter et nõ vehemẽter. tm̃ tunc mul-
to fortius punieris q̃ꝫ ſi nõ abiuraſſes et am-
modo ꝓ modico haberis ſuſpecta vehemen
ter et vbi vt talis abiurares et ꝓlaberis pena
relapſis debita punieris ⁊ abſq; miſericordia
traderis curie ſeculari vltimo ſupplicio ferien
da. Si aũt abiurat ſecrete in camera epi vel
camera iudicis qñ ſc; nõ eſt factũ publicum
mõ cõſimili abiurabit. Quibꝫ ꝑactis feretur
ſententia in hunc modũ.

Nos miſeratõe diuina eps talis ciui-
tatis aut iudex ſi adeſt in terris talis
dñi ditioni ſubiectis. Attendẽtes ꝙ
viſis et diligẽter cõſideratis ꝓceſſus meritis
ꝑ nos facti cõtra te talẽ delatũ nobis de here-
tica prauitate reperimꝰ te talia et talia cõmi-
ſiſſe dicant̃ illa q̃ te reddunt ſuſpectũ leuiter
de hereſi et ꝓpter q̃ te talẽ merito habentes te
fecimꝰ vt leuiter ſuſpectũ de p̃dicta labe ean-
dem hereſim abiurare. Verũ ne p̃dicta ꝑte cõ
miſſa remaneãt impunita et vt efficiaris cau
tior in futurũ de multoꝝ et magnorũ ꝯſilio
in iure ꝑitoꝝ ac etiã religioſoꝝ. Jn ⁊ ſuꝑ his
habito maturo ꝑiter et digeſto habẽtes p̃ o-
culis ſolũ deũ ac irrefragabilẽ ſancte fidei ca
tholice veritatẽ ſacroſanctis euangelijs poſi
tis coram nobis. Vt de vultu dei iudiciũ no
ſtrum ꝓdeat. et oculi noſtri videãt equitatẽ
ſedenteſq; ꝓ tribunali more iudicũ iudican-
tium te talẽ hic in noſtra p̃ñtia ꝑſonaliter cõ
ſtitutũ ꝑ modũ qui ſequit̃ cõdemnamus ſen
tiamus ſeu potius penitentiamꝰ ſc; ne de ce
tero vnq̃ꝫ ſciẽter teneas aſſocies verbis defen
das legas ſeu habeas talẽ. et ne deinceps ⁊c̃.
ponant̃ illa q̃ cõmiſit ꝓpter q̃ ſuſpecta fuit ha
bita de predicta heretica p̃uitate lata fuit hec
ſnĩa ſeu penitentia.

¶ Caueatq; notariꝰ ꝙ in ꝓceſſu ponat ꝙ ta
lis abiuratio eſt facta tanq̃ꝫ ꝑ ſuſpectũ habi-
tum de hereſi leuiter et nõ vehementer. alias
periculũ magnũ eſſe poſſet.

¶ Queſtio. xxiiij. ſuper quintũ modũ ſentẽ-
tiandi ſuſpectã vehementer.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quintus modus proceſſum fidei finiendi et terminandi eſt qñ delata de hereſi ꝓceſſus meritis diligenter diſcuſſis cũ bono cõſilio in iure ꝑitoꝝ reperit̃ ſuſpecta de hereſi vehementer. Et hoc eſt qñ delata de heretica prauitate nõ reperit̃ legitime deprehẽſa nec ꝯfeſſione ꝓpria nec facti euidentia nec teſtiũ ꝓductione legitima. ſ; ſunt magna et grauia ꝓbata indicia cõtra eã. ⁊ talia ꝑ ꝯſiliũ indicata q̃ illã reddũt ſuſpectã vehementer de p̃dicta heretica prauitate. Circa ca iſtũ talis practica eſt ſeruãda. Talis nãq; debet vt ſuſpectus vehementer de tali hereſi abiurare illã hereticã prauitatẽ. ita ꝙ ſi poſt moduȝ relabat̃ pena relapſi debita puniatur hoc eſt ꝙ tradat̃ brachio ſeculari vltimo ſupplicio ferienda. Juxta .c. accuſatus. in prin. de here. li. vi. Et abiurabit publice vel ſecrete ſ꜀m ꝙ ſuſpectus eſt habitus publice vel ſecrete et apud plures vel pauciores et graues vel leues. vt dictũ eſt ſtatim de illo q̃ eſt ſuſpectus leuiter de hereſi. et h; vt talẽ hereſim abiurare. Modus aũt diſponendi ad abiurationẽ talis eſt. Adueniente nãq; die dñica ad abiurationẽ faciendã et ad audiendã ſñiam ſeu pñiam abiurando imponendã. p̃dicator ſermonẽ faciet generalẽ. Quo facto legãtur publice ꝑ notariũ vel clericũ ea de quib; ipe abiurandus eſt cõuictus et alia ex q̇bus habitus eſt ſuſpect⁹ de hereſi vehementer. Poſt dicet̃ ſibi ꝑ iudicẽ vel officialẽ. Ecce ꝙ ex hic recitatis tu es nobis ſuſpectus de tali hereſi vehementer quare oportet ꝙ tu purges te et abiures hereſim ſupradictã. et tũc ponet̃ coram abiurãdo liber euangelioꝝ et ipe ponet manũ ſuꝑ illũ ⁊ ſi ſcit legere cõpetenter tradetur ſibi ſequens abiuratio in ſcriptis et leget corã omni ꝓplo. Si aũt neſciat legere ꝯpetenter notarius legat ea ſpacioſe et abiurandus reſpondebit alta et intelligibili voce ꝑ hunc modũ. Nam notarius vel clericus dicet ſic. Ego talis de tali loco. Et iſte rñdebit ꝑ eadẽ verba. et ille in iudicio cõſtitutus et iſte rñdebit ꝑ eadẽ verba in vulgari ſemꝑ. Et ſic quouſq; abiuratio ſit finita et abiurabit per formam tenoris ſequentis.

¶ Ego talis de tali loco talis dioceſis in iudicio ꝑſonaliter cõſtitutus. Corã vobis venerandis dñis ep̃o talis ciuitatis et tali iudice in terris ditioni talis dñi ſubiectis ſacroſanctis euangelijs poſitis corã me ꝓprijs manibus ꝑ me tactis. Juro me credere corde et ꝯfiteor ore illã ſanctã fidẽ catholicã et apoſtolicã quã ſacroſancta romana eccleſia docet ꝯfitet̃ p̃dicat et tenet.

¶ Item iuro me credere corde et ꝯfiteor ore ꝙ ⁊c̃. Explicet̃ articulus catholicus cõtrarius illi hereſi de qua vehemẽter eſt ſuſpectus vt verbi gratia. Si eſt de hereſi maleficarũ dicet̃ ſic. Juro me credere ꝙ nõ ſolũ ſimplices heretici aut ſciſmatici eternis ignib; cruciabunt̃. verũ ſuꝑ oẽs hereſi maleficarũ infecti demonijs fidẽ quã in ſacro fonte baptiſmatis ꝑceperũt abnegãtes et ſpurcitijs diabolicis ꝓ implendis eorũ prauis deſiderijs inſiſtũt hoib; iumẽtis terre frugib; plurima nocumẽta inferẽtes. Et ꝯſequẽter abiuro abnego et reuoco illã hereſim ſeu potius infidelitatẽ q̃ falſe ⁊ mẽdaciter aſſerit nõ aliquã maleficã in terris et ꝙ nemo credere debeat illas poſſe nocumẽta inferre auxilio demonũ cũ talis infidelitas expreſſe militat vt iam cognoſco aduerſus determinationẽ ſancte matris eccleſie ⁊ oĩm catholicoꝝ doctorũ immo et aduerſus leges imꝑiales q̃ hmõi cõburendas decreuerũt. Itẽ iuro ꝙ nũq; p̃dicte hereſi credidi ſuꝑ ꝑtinacit̃ neq; nũc credo neq; credã. nec adhereo de p̃nti nec adherere intẽdo. nec docui nec docere intẽdo nec docebo. Itẽ iuro et ꝓmitto ꝙ talia ⁊ talia exprimant̃ ꝓpt̃ q̃ hẽtis me ſuſpectũ de hmõi hereſi vehemẽter nũq; faciã nec operã vt fiãt dabo. Quod ſi aliq̇d de p̃dictis fecero in futuꝝ qđ deus auertat penis de iure relapſis debitis ꝓmpto aĩo me ſubmitto paratus ſubire oẽm pñiam quã ꝓ his q̃ feci et dixi ꝓpter q̃ habetis me ſuſpectũ de dicta hereſi vehemẽter decreueritis mihi iniungere et illã iuro ⁊ ꝓmitto ꝓ virib; adimplere ⁊ nullaten⁹ cõtraire. ſic me de⁹ adiuuet et hec euangelia ſacroſancta.

¶ Predicta aũt abiuratio fiat in vulgari vt ab oĩbus capiat̃ niſi fieret ſolummõ corã ꝑſonis eccleſiaſticis q̃ linguã latinã intelligerent ꝯpetẽter. Si aũt abiurauerit ſecrete ſc; in palatio ep̃i vel camera ep̃i qñ ſc; factũ nõ eſt publicũ mõ cõſimili abiurabit.

¶ Facta aũt p̃dicta abiuratione iudex auiſabit eũ vt ſupra ꝙ nõ incidat relabendo in penam relapſorum.

¶ Sit cautus notari⁹ ꝙ ponat in actis quõ talis abiuratio facta eſt ꝑ talẽ vt ꝑ ſuſpectuȝ de hereſi vehemẽter ad hoc vt ſi relaberet̃ ſciretur qualiter puniret̃. q; pena relapſis debita. Quibus pactis feret̃ ſentẽtia ſeu pñia in hunc modum.

Nos. N. ep̃s talis ciuitatis. ⁊ frater ſi aſſit. N. inq̇ſitor heretice prauitatis in terris talis dñi ditioni ſubiectis a ſancta ſede ap̃lica ſpecialiter delegatus. Attendẽtes ꝙ tu tal' de tali loco ⁊ talis dioceſis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

talia ꝛ talia ꝯmiſiſti dicanꝭ illa. vt ex ꝓceſſus
meritis diligēter diſcuſſis legitime nobis cō
ſtat ꝓpter q̄ merito habemus te ſuſpectū vehe
menter de tali heretica prauitate. Et vt tali=
ter ſuſpectū te fecim⁹ abiurare de magno cō=
ſilio in iure ꝑitoꝝ iuſticia ſuadente. Uerū vt
efficiaris cautioꝛ in futurū et ne reddaris ꝓ=
cliuioꝛ ad ſimilia ꝑagēda et ne crimina ꝑma
neant impunita vt ſis ceteris delinquentibꝫ
in exemplū de multoꝝ et magnoꝝ in iure
cōſilio ꝑitoꝝ ac etiā in facultate theologica
magiſtroꝝ ſeu doctoꝝ. Jn ꝛ ſuꝑ his habito
maturo et digeſto habētes p̄ oculis ſolū deū
ac ſancte fidei catholice et aplice veritatē ſa=
croſanctis euangelijs poſitis corā nobis. vt
de vultu dei iudiciū noſtrū ꝓdeat. ꝛ oculi no
ſtri videāt equitatē ſedētes ꝓ tribunali mo=
re iudicū iudicantiū te talē hic ī noſtra p̄ſen=
tia ꝑſonaliter cōſtitutū forma qua ſequiꝭ cō=
demnamus ſeu potius penitentiam⁹. vicȝ ne
deinceps talia vel talia facere vel dicere aut
docere p̄ſumas. ponanꝭ illa q̄ cōuinciꝭ cōmi=
ſiſſe ꝓpter q̄ fuit ſuſpectus habitus de p̄dicta
hereſi vehementer et nōnulla q̄ ſi cōmitteret
incideret leuiter in relapſum ſed alia ſibi im=
ponanꝭ ꝓut negocij varietas expoſtulat ꝛ re
quirit. Utpote ꝙ nunq̄ ſcienter habeat talia
exercitia vel ne eos quos ſciuerit abiuraſſe re
ceptet et ſimilia. lata fuit hec ſnīa.

¶ Attendendū aūt ꝙ ſuſpecti de hereſi et nō
deprehenſi ſiue ſint ſuſpecti vehementer ſiue
leuiter nō debent ꝑpetuo incarcerari nec ꝑpe
tuo immurari. qꝛ hec eſt pena illoꝝ qui fue=
runt heretici et poſtea penituerūt. vt ptȝ in. c.
excōicamus. ij. de here. et in. c. qm̄. de here. li.
vi. ſed pūt ꝓpter illa q̄ cōmiſerūt ex q̄bus habi
ti ſunt ſuſpecti ad certū tp̄s carceri mancipa
ri et poſtmodū ꝓut videbiꝭ diſpenſari. iuxta
c. vt cōmiſſi. de here. li. vi. Hec hm̄oi ſuſpecti
ſunt crucibꝫ cōſignandi. nā cruces ſunt inſi
gnia heretici penitētis. ſuſpecti aūt nō fuerūt
heretici habiti quare nō ſunt cōſignandi pōt
tū eis imponi ꝙ ſtent certis diebus ſolenni=
bus in valuis taliū eccleſiarū. vel circa alta=
ria dū miſſarū ſolēnia celebranꝭ habētes in
manibꝫ cereū ardentē tanti ponderis. vel ꝙ
vadant ad talē ꝑegrinationē et ſimilia ꝓut
negocij qualitas expedit et requirit.

¶ Queſtio. xxv. ſuꝑ ſextū modū ſententiādi delatū violēter ſuſpectū.

Sextus modus ꝓceſſus fidei terminā
di eſt qn̄ delatus de heretica prauita=
te ꝓceſſus meritis diligēter diſcuſſis
cū bono ꝯſilio in iure ꝑitoꝝ reperiꝭ de hereſi
ſuſpectus vehemēter. Et hoc eſt qn̄ delatus
ipſe nō reperiꝭ legitime deprehenſus cōfeſſio
ne ꝓpria nec facti euidētia nec teſtiū ꝓductiōe
legitima. ſed ſunt indicia nō leuia ſolū vel ve
hementia. ſed fortiſſima ꝛ violētiſſima q̄ ipm̄
delatū reddūt merito ſuſpectū de dicta hereſi
violenter et ꝓpter q̄ talis debet vt ſuſpectus
violenter de dicta hereſi iudicari. Et vt mo=
dus iſte clarius intelligaꝭ demus exempla tā
de ſimplici hereſi in fide q̄ȝ et de hereſi male=
ficarū. Nā in ſimplici hereſi caſus cōtinge=
ret qn̄ delatus ipſe nō repitur legitime depre=
henſus cōfeſſione ꝓpria ꝛc̄. vt ſupra. tū ꝓpter
aliquid qḋ dixit vel egit vtpote citatus in nō
cauſa fidei ſuſtinuit excōicationē ꝑ annū vel
plus. talis iam eſt ſuſpectus leuiter de hereſi
qꝛ hoc nō caret ſcrupulo heretice prauitatis.
de penis. c. grauē. Citatus aūt reſponſurus
de fide vbi nō cōparet: ſed rennuit cōtumaci
ter cōparere. ꝓpter qḋ excōicatur. tūc fit ſuſpe
ctus de hereſi vehemēter. nā tunc leuis ſuſpi
tio tranſit in vehementē. et ſi ſuſtinet illā ex=
cōicationē ꝑ annū aīo ꝑtinaci tūc fit ſuſpect⁹
de hereſi violēter. Nā et tunc vehemēs ſuſpi
tio tranſit in violentā ꝯtra quā nō admittiꝭ
defenſio immo ex tūc talis eſt vt heretic⁹ cō=
demnandus. vt ptȝ ꝑ. c. cū cōtumacia. et no=
tatur ibidē li. vi. Jn hereſi vero maleficarȝ
exemplificaꝭ ſuꝑ violentam ſuſpitionē qn̄ di
xit et egit aliqua q̄ a maleficis practicanꝭ qn̄
volūt aliquē maleficiare. et qꝛ hoc ꝯmune eſt
vt verbis cōminatorijs aut factis per viſum
vel tactū ſe habeāt maīfeſtare ꝛ triplici ex cau
ſa vt peccatū in iudicibꝫ aggraueꝭ. et vt ſim=
plices eo facilius ſeducanꝭ. et vt deus ꝑ am=
plius offendaꝭ et maioꝛ ſeuiendi in hoīes ſi=
bi facultas relinquaꝭ. vn̄ violēter malefica ſit
ſuſpecta qn̄ poſt verba cōminatoria dicēdo.
faciā tibi q̄ in breui ſenties vel ſimilia in ſen=
tentia et poſt verba effectus aliq̄s in ipo vel
in alio fuit ſubſecutus. tunc enī nō leuiter ſit
ſuſpecta ſicut q̄ ꝓpter familiaritatē habitā cū
maleficis fuerunt ſuſpecti. aut qui ꝓcare ad
amorē inordinatū aliquē voluiſſent. vide ſu
pra de tribꝫ ſuſpitionibus leui vehementi et
violenta. Nunc videndū eſt qualis practica
ſit cū talibꝫ ſeruanda. Nā circa violenter ſu=
ſpectū in ſimplici hereſi hec practica ſeruaꝭ.
Nā licet in re fortaſſis nō ſit hereticus. vtpo
te qꝛ nō hȝ errorē in mēte. nec de illo ꝑtinaci
am in voluntatē. vt notat Archi. ſuꝑ. c. alle.
nihilomin⁹ eſt vt hereticus ꝯdemnandus.
ꝓpter p̄dictā ſuſpitionē violentā ꝯtra quam
nō eſt ꝓbatio admittenda. cōdemnaꝭ aūt he=
retica ſic. qḋ ſi nolit reſilire et hereſim abiu=
rare et ſatiſfactionē cōdignā exhibere tradiꝭ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

brachio ſeculari animaduerſione debita pu-
niendus. iuxta. c. ad abolendã. §. pñti. Si au
tem velit et cõſentiat cũ effectu adiurat here-
ſim et carceri ꝑpetuo mancipat᷑. iuxta. c. excõ
municamus. ij. de here. Pari forma ille q̃ ſic
eſt ſuſpectus de hereſi violẽter. Circa ſuſpe-
ctum aũt violẽter ſup hereſim maleficarũ. li-
cet idẽ modus eſſet obſeruandus. tñ mitiori
mõ ꝓcedendo. Aduertendũ ꝙ ſi ſtabit in ne-
gatiua aſſerẽs ꝓut facere ſolẽt. ꝙ nõ ea inten
tione verba illa ꝓtulerit. ſed ex vehementi et
muliebri paſſione. vñ ⁊ iudici nõ videt᷑ ipam
igni poſſe adiudicare nõ obſtante violẽta ſu-
ſpitõe. tũc iudex ea in carceribꝫ detẽta inq̃rat
et ꝓclamare faciat ſi in ſimilibꝫ dudũ notata
fuiſſet. ⁊ ſi ſic vtrũ publice ſit de tali hereſi dif
famata. ex q̃bus ꝓcedere ad vlteriora p̃t tali-
ter vt aũ oĩa queſtionibꝫ tormẽtis exponat᷑ ⁊
ſi indicia apparuerint ſup talẽ hereſim aut ſu
per maleficiũ taciturnitatis. puta qꝛ lachry-
mas nõ effudit. immo ⁊ quaſi inſenſibilis ad
tormẽta reꝑitur qꝛ vicꝫ cito poſt tormẽta oĩ-
bus viribꝫ reſtituit᷑. tunc ꝓcedat per varias
cautelas ſupra poſitas vbi de ſilibꝫ agit᷑. Et
in caſu q̃ oĩa deficerent tunc aduertat ꝙ ſi ſi
milia dudũ ꝑpetrauit. tũc oĩno nõ eſt dimit-
tenda. ſed ꝑ annũ ad minus ſqualoribꝫ car-
ceris mancipãda et crucianda. ſepiſſime etiã
examinanda p̃cipue ſacratioribꝫ diebus Si
aũt diffamata cũ hoc. licet tũc iudex per ea
que ſupra tacta ſunt circa ſimplicem hereſim
ipam poſſet igni adiudicare. p̃cipue propter
multiplicationẽ teſtiũ. et qꝛ ſepius in ſimili-
bus vel ĩ alijs maleficijs fuit notata. tñ quia
cũ pietate ꝓcedere vult. Ideo indicet ei cano
nicam purgationẽ vtvicꝫ. xx. aut. xxx. cõpur
gatores hebeat et ꝓcedat ꝓut in ſecũdo mõ
ſententiandi tactũ eſt. ita vicꝫ indicando ſibi
ꝙ ſi in purgatõe defecerit ꝙ tũc tãq̃ rea igni
adiudicabit᷑. et ſm hoc iudex ꝓcedere p̃t. In
caſu vero quo ſe purgaret. tunc abiurationẽ
oĩs heret᷑ cũ pena relapſoꝝ ac ꝑpetua pñia ꝑ
modũ q̃ ſequit᷑ in ſñia formãda. faciat et mo-
dus diſponẽdi ad abiurationẽ talis eſt vt di-
ctum eſt in quarto et quinto modis p̃ceden-
tibus ꝓceſſum fidei terminandi. Nota etiã
ꝙ in ſequẽtibꝫ modis oĩbus ſententiãdi vbi
iudices ꝑ viã pietatis ꝓcedere vellẽt. tunc ꝑ
modũ iam tactũ ꝓcedere poſſent. Sed qꝛ ſe-
culares iudices varijs ſuis vtuntur modis
iuxta rigorẽ ⁊ nõ ſemꝑ iuxta equitatẽ ꝓcedẽ-
tes. Ideo ipis infallibilis regula ⁊ modꝰ aſ
ſignari nõ p̃t ſicut iudici eccleſiaſtico q̃ abiu
rationẽ recipere p̃t ſub ꝑpetua pñia ꝑ modũ
qui ſeq̄t᷑. Ego tal' de tali loco talis dioceſ᷑ in
iudicio ꝑſonaliter cõſtitutus corã vobis ve
nerabilibꝫ dñis epo talis ciuitatis ⁊ iudicibꝫ
ſacroſanctis euãgelijs poſitis corã me eiſq̃
ꝓprijs manibꝫ ꝑ me corꝑaliter tactis iuro me
credere corde et ꝓfiteor ore illã ſanctã fidem
catholicã et apl'icã quã ſacroſancta ro. eccle.
tenet ꝓfitet᷑ credit p̄dicat atq̃ docet. Et cõſe-
quenter abiuro oẽm hereſim et abnego et re-
uoco extollentẽ ſe aduerſus ſanctã romanã ⁊
apl'icã eccleſiã cuiuſcũq̃ ſecte fuerit vel erro-
ris. Itẽ iuro et ꝓmitto talia et talia exprimã
tur illa q̃ egi ſeu dixi ꝓpter q̃ et' ex culpa mea
habetis me ſuſpectũ de dicta hereſi violẽter.
deinceps nũq̃ faciã vel dicã vel ꝙ fiant ope
ram dabo. Itẽ iuro et ꝓmitto ꝙ oẽm pñiam
quã mihi iniungere volueritis ꝓ p̄dictis vi
ribus adimplebo nec cõtraueniã in aliq̃. ſic
me deus adiuuet et iſta ſacroſancta euange-
lia. Qꝫ ſi contra abiurata fecero in futurũ qđ
deus auertat ex tũc penis de iure relapſis de-
bitis nũc ꝓ tunc obligo et aſtringo q̃tenus il
lis ferior. Sit cautus notariꝰ ꝙ ſcribat in a-
ctis ꝙ dicta abiuratio eſt facta ꝑ vnũ de here
ſi violenter ſuſpectũ. vt ſi probaret᷑ poſt rela-
pſus vt tunc talis iudicaret᷑ talis et traderet᷑
brachio ſeculari. Ego talis de tali loco ta
lis dioceſ᷑ in iudicio ꝑſonaliter cõſtitutꝰ co-
rã vobis venerabilibꝫ dñis. N. epo talis ciui
tatis iudicibꝫ in terris talis dñi ſacroſanctis
euãgelijs poſitis corã me eiſq̃ ꝓprijs manibꝫ
ꝑ me corꝑaliter tactis. iuro me credere corde
et ꝓfiteor ore illã ſanctã fidẽ catholicã ⁊ apl'i
cam quã ſacroſancta ro. ec. tenet ꝓfitet᷑ credit
p̄dicat atq̃ docet. Et ꝯſequẽter abiuro abne
go et reuoco oẽm hereſim extollentẽ ſe aduer
ſus ſanctã romanã et apl'icã eccle. cuiuſcunq̃
ſecte fuerit vel erroris. Itẽ iuro ⁊ ꝓmitto ⁊
talia et talia exprimantur illa que egi ſeu di-
xi ꝓpter q̃ ⁊ ex culpa mea habetis me ſuſpectũ
de dicta hereſi violẽter deinceps nunq̃ faciã
vel doceã ꝙ fiãt operã dabo. Itẽ iuro ⁊ ꝓ
mitto ꝙ oẽm pñiã quã mihi iniũgere voluẽ
ritis ꝓ p̄dictis ꝓ viribꝫ adimplebo nec ꝯtra-
ueniã in aliq̃. ſic me deus adiuuet et iſta ſacro
ſancta euãgelia. Qꝫ ſi ꝯ abiurata vel iurata fe
cero in futurũ diabolo inſtigãte qđ deꝰ auer
tat peĩs de iure relapſ᷑ debitis nũc ꝓ tũc me
obligo et aſtringo q̃tenꝰ illis ferior cũ legiti
me ꝯſtiterit me ꝯtra feciſſe. Sit cautꝰ notari
us ꝙ aſcribat in actis ꝙ dicta abiuratio ẽ fa
cta ꝑ talẽ tãq̃ ꝑ bitũ ſuſpectũ de hereſi violẽ
ter. vt ſi ꝓbaret᷑ abiuratꝰ relapſus iudicaret᷑
et vt tal' traderet᷑ brachio ſeculari.

Quibꝫ ſic actꝫ abſoluat eũ a ſñia excõi
cationis de q̃ eſt ſuſpectꝰ habitꝰ vio-

ſenter ꝙ inciderit ſiĉ in hereſibꝫ ſupradictis. Vñ ſicut heretic⁹ cũ redijt ⁊ abiurat eſt a ſnĩa excõicatõis abſoluend⁹ q2 oĩs hereticus eſt excõicat⁹. iuxta. c. excõicam⁹. i. et. ij. de here. ⁊ etiã iuxta. c. ad abolendã. in pn. Sic talis de quo agit̃ cũ ſit vt heretic⁹ ꝯdemnãdus vt dictũ eſt pri⁹ poſtq̃ abiurauerit eſt ab excõicationis ſnĩa abſoluendus. Et abſolutõe facta feret̃ ſnĩa ſeu pnĩa ꝑ modũ tenoris ſequẽtis.

Nos. N. eps talis ciuitatis et ſi adeſt iudex i terris talis dñi. Attendẽtes ꝙ tu talis de tali loco talis dioc. fuiſti nobis delat⁹ de talibꝫ ⁊ talibꝫ fidẽ ſanctã tangentibꝫ exprimant̃ illa et ꝙ nos ꝓceſſim⁹ ad informãdũ nos ſuꝑ illis vt iuſticia ſuadebat et meritis ꝓceſſus diligẽter examinatis ⁊ oĩbus actis et actitatꝫ in cã pñti inuenimus te talia et talia ꝯmiſiſſe explicent̃ illa. Ea ꝓpter et nõ immerito de tali hereſi explicent̃ illa te ſuſpectũ violẽter habẽtes fecim⁹ te. vt taliter ſuſpectum oẽm hereſim generaliter publice abiurare ꝓut nobis mandãt canonice ſanctiones. Sane cũ ſm eadẽ canonica inſtituta oĩs talis ſit vt heretic⁹ cõdemnand⁹ ⁊ tu ſanioꝛi cõſilio inherẽdo et ad gremiũ ſancte matris eccleſie redeũdo abiuraueris vt p̃mittit̃ oẽm hereticã prauitatẽ ꝓpter qđ abſoluim⁹ te a ſnĩa excõicatõis qua vt obnoxi⁹ dei eccleſie aſtrictus merito tenebaris. Si tñ de corde vero et fide nõ ficta reuerſus es ad eccleſie vnitatẽ Idcirco inter penitẽtes deinceps cõputaris ad mĩe ſinũ ſacroſancta eccleſia te recipiens de pñti. Verũ q2 indignũ valde exiſtit offenſas diuinas impunitas ꝯniuẽtibꝫ oculis ꝑtranſire et iniurias hoĩm caſtigare cũ grauius ſit diuinã q̃ humanã ledere maieſtatẽ et ne tua crimina incentiuũ exiſtãt alijs delinquendi ⁊ vt efficiaris cautioꝛ in futurũ ac minus ꝓcliuus reddaris in poſterũ ad p̃dicta ſeu ſilia ꝯmittẽda vt in futuro ſeculo leuius patiaris. Nos eps et iudex p̃fatus p̃habito. In et ſuꝑ his ſano et maturo conſilio ꝑitoꝝ ſedẽtes ꝓ tribunali more iudicũ iudicantiũ habentes p̃ oculis ſolũ deũ et ſancte fidei irrefragabilẽ veritatẽ ſacroſanctis euangelijs poſitis corã nobis. vt de vultu dei iudiciũ noſtrum ꝓdeat ⁊ oculi noſtri videãt equitatẽ te talẽ in noſtra pñtia ꝑſonaliter conſtitutũ hac die et hora tibi in antea aſſignatis ſentẽtialiter ꝑ modũ q̃ ſequit̃ cõdemnam⁹ ſeu potius penitentiam⁹. In primis ꝙ ſtatim induaris ſuꝑ veſtes oẽs q̃s defers veſte liuida ad modum ſcapularis monachi ſine capucio facta ante et retro habente cruces de pãno croceo longitudĩs palmarũ triũ et latitudinis duorum quã veſtẽ deferre habeas ſuꝑ omnes veſtes alias ꝑ tantũ tps exprimatur vnius anni vel duoꝝ vel plus vel min⁹ ꝓut culpa exigerit delinquẽtis ⁊ nihilominus cũ dicta veſte et crucibꝫ ſtes in porta talis eccleſie tali et tanto tpe ſcꝫ in quattuoꝛ feſtis p̃ncipalibꝫ virginis glorioſe vel talibꝫ et talibus feſtiuitatibus in valuis talis et taliũ eccleſiarũ teq̃ ad talem carcerẽ ad ꝑpetuũ vel ad tale tps ſentẽtialiter cõdemnam⁹. Ponant̃ illa q̃ videbunt̃ magis ad honoꝛẽ fidei expedire attẽta culpe maioꝛitate ſeu mĩoꝛitate ſeu ꝯtumacia delinquẽtis ⁊ ſeq̃t̃. retinẽtes nob ex certa ſcia et expreſſe vt nobis ꝯcedũt canonica inſtituta quaten⁹ dictã pniam poſſum⁹ mitigare aggrauare mutare tollere in toto ⁊ in ꝑte totiẽs quotiẽs nobis viſum fuerit faciendũ. lata fuit hec ſententia.

¶ Qua lecta mox executioni debite demandetur et induat̃ veſte predicta cruces hmõi cõtinente.

¶ Queſtio. xxvi. ſuꝑ modũ ſententiandi debitam ſuſpectã et diffamatã.

Septimus modus ꝓceſſum fidei finiendi et terminãdi eſt qñ delatus de heretica prauitate proceſſus meritis diligẽter diſcuſſis cũ bono ꝯſilio ꝑitoꝝ in iure repitur ſuſpectus de hereſi ⁊ etiã diffamat⁹. Et hoc eſt qñ delatus ipe nõ repitur legitĩe dep̃henſus nec ꝓpria cõfeſſione nec facti euidentia nec teſtiũ legitima ꝓductione. ſed repitur publice diffamat⁹ ac etiã reperiũtur indicia ꝯtra eũ que ipm reddũt ſuſpectũ alias de heretica prauitate leuiter vl' vehemẽter. Utpote q2 habuit magnã familiaritatẽ cũ hereticis qualis fuit ille de q̃ agitur. In. c. inter ſollicitudines. de pur. ca. Et tali rõne infamie eſt indicẽda canonica purgatio et rõe ſuſpitionis debet hereſim abiurare. iuxta. c. alle. inter ſollicitudines. Circa iſtũ talis̃ practica eſt ſeruãda. Talis enĩ ſic publice de hereſi diffamatus et vltra infamiã ex alijs indicijs ſuſpectus habit⁹ de heretica prauitate in primis purgabit ſe publice ꝑ modũ q̃ in ſecũdo mõ tactũ eſt. Qua purgatõe expleta ꝑ ipm diffamatũ mox idẽ diffamatus vt ſuſpect⁹ aliter et ex alijs indicijs hereſi de q̃ eſt ſuſpect⁹ habitus p̃dictũ habẽs librũ euãgelioꝝ corã poſitis abiurabit per hunc modũ.

¶ Et ego talis de tali loco talis dioceſ corã vobis venerabilibꝫ dñis meis. N. epo talis ciuitatꝫ ⁊ iudice in terris talis dñi in iudicio cõſtitutus ꝑſonaliter ſacroſanctis euãgelijs poſitꝫ corã me eiſq̃ ꝓprijs manibꝫ coꝛpaliter ꝑ me tactis. Iuro me credere corde ac ꝓfiteoꝛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

NOs. N. eps miſeratōne diuina talis ciuitatis. attendētes ꝙ tu talis de tali loco talis dioceſ̄ fuiſti nobis de heretica prauitate fama publica referente ſeu fidedignoꝝ inſinuatōne delatus. Nos quib⁹ ex officio decumbit deſcendimus ad videndum ac inquirendū. an clamor qui ad aures noſtras peruenerat veritate aliqua fulciret̄. Verū cum inueniſſem⁹ te in hereſim deprehenſum deponentib⁹ cōtra te ꝗ̄pluribus teſtibus fide dignis te corā nobis aduocatum iuſſimus detineri. dicatur ſicut factū fuit an vic3 cōparuerit et medio iuramento interrogatus faſſus fuerit vel non. Sed poſt maligni ſpiritus cōſilio duct⁹ et ſeductus metuens tua vulnera vino et oleo ſalubriter cōfoueri. aufugiſti. aut ponat̄ ſi ita eſt carcerem et arreſtū fregiſti pariter et aufugiſti latitās hinc et inde et quo te malign⁹ ſpiritus duxerit antefatus totaliter ignoramus. Vel ſic. Verū cum inueniſſemus cōtra te taliter vt p̄dicitur nobis delatū de heretica prauitate multa indicia ꝓpter q̄ ſuſpectū leuiter de heretica prauitate p̄dicta te merito habeamus citauim⁹ te ꝑ publicū edictum in talibus et talibus eccleſijs talis dioceſis quaten⁹ infra certū terminum nobis p̄fixum corā nobis in tali loco ꝑſonaliter cōpareres. In et ſup p̄dictis cōtra te depoſitis et alias de fide catholica et eius articulis reſponſurus. tu vero inſano cōſilio adherēdo rennuiſti cōtumaciter ꝯparere. cunq3 iuſticia exigente te excōmunicauerimus ac fecerim⁹ excōmunicatū publice denunciari tu medicinā refutas ſalutarē dictā excōmunicationē vltra ꝗ̄ per annū ſuſtinuiſti et adhuc ſuſtines in reprobum ſenſum datus aīo ꝑtinaci et ꝑfugus latitans hinc ꝛ inde vt quo te malignus ſpūs duxerit ignoramus. Sane cū longo tpe quia tanto die te exꝑectauerit eccleſia ſancta dei miſericorditer ꝛ benigne quatenus ad eius miſericordie gremium euolares ab errorib⁹ reſiliendo ꝛ iuxta fidē catholicā ꝓfeſſam operando ipſaq3 te clementia vberib⁹ enutriet. malignoꝝ ſeductus cōſilio acquieſcere recuſaſti in tua ꝑtinacia ꝑſeuerans. Verū cum vellemus ꝓut volum⁹ et debemus iuſticia nos cogente cauſam tuā ſine debito ꝑ ſententiā terminare citauimus te quatenus hac die et hora et hoc loco cōpareres ꝑſonaliter corā nobis diffinitiuā ſentētiam auditurus. et quia rennuiſti cōtumaciter cōparere. merito te oſtendis velle ꝑpetuo in tuis hereſibus et errorib⁹ remanere qđ dolentes referimus et referendo dolem⁹. Sed cū nō poſſumus nec velimus iuſticiā ſubterfugere. nec tantā inobedientiā et cōtumacia3 ad dei eccleſiā tolerare. Ad exaltationē fidei orthodoxe et ad extirpationē heretice prauitatis. iuſticia exigente et tua inobedientia et cōtumacia requirēte hac die hora et loco tibi in antea ad audiendā diffinitiuā ſententiam ꝑemptꝫ aſſignatis. ꝑhabito multorum ꝯſilio peritoꝝ tam in theologica facultate ꝗ̄ in iure canonico et ciuili ꝓceſſus meritis viſis et diligenter diſcuſſis ſedentes ꝓ tribunali more iudicum iudicantiū ſacroſanctis euangelijs poſitis corā nobis vt de vultu dei iudiciū noſtrum ꝓdeat et oculi noſtri videāt equitatē. habenteſq3 p̄ oculis ſolū deū et ſancte fidei irrefragabilē veritatē cōtra te talē abſentem vt preſentē beati pauli apoſtoli veſtigia imitantes ſniā3 diffinitiuā taliter ferim⁹ in his ſcriptis xp̄i noīe inuocato. Nos eps et iudices in cauſa fidei memorati. attendētes in cauſa iſta fidei ac ꝓceſſibus inde cōfectis ordinem iuris fore ſeruatū. Attendentes etiā ꝙ legitime citatus nō ꝯparuiſti nec ꝑ te nec ꝑ alium te aliqualiter excuſaſti. Attendētes etiā ꝙ in p̄fatis hereſib⁹ longo tpe cōtumaciter ꝑſtitiſti. et adhuc etiā ꝑſeueras ac excōicationē ꝑ tot annos in cauſa fidei ſuſtinuiſti ꝓut ꝛ nūc ſuſtines animo indurato. Attendentes etiā ꝙ eccleſia ſancta dei non habet vltra erga te

quid faciat cum perſeueres ⁊ ꝑſeuerare velis
in excōmunicatione et hereſibꝫ ꝑlibatis. Ea
ꝓpter beati pauli apl̄i veſtigia ſectantes decla
ramus diffinimus ac ſententiam⁹ te talē ab-
ſentem vt ꝑſentem eſſe hereticum pertinacē
et vt talē relinquendū brachio ſeculari. et per
noſtram ſnīam diffinitiuā te a foro eccleſiaſti
co expellimus et relinquim⁹ poteſtati curie
ſecularis. Eandē curiā affectuoſe deprecātes
vt ſi qn̄ te habuerit in ſua poteſtate erga te ci-
tra ſanguinis effuſionē ⁊ mortis periculū ſu
am ſententiā moderet̄. Lata fuit hec ſnīa ⁊c̄.
Cōſiderandū eſt hic ꝙ ſi iſte ꝓfugus et cōtu
max fuerit deprehenſus in hereſi vel ꝓpria cō
feſſione vel teſtibus legitimis et ante abiura
tionē fugit. eſt ꝑ ſententiā vere hereticus im-
penitens iudicand⁹ et ita in ſententia ponen
dum eſt. Si autē aliter nō fuit deprehenſus
niſi qꝛ delatus et ſuſpectus habit⁹ fuit cita-
tus reſponſur⁹ de fide. et qꝛ rennuit ꝯparere
fuit excōicatus. et in excōicatione ſtetit vltra
ꝙ̄ ꝑ annū aīo indurato et tandē noluit cōpa
rere iſte nō eſt iudicand⁹ hereticus ſed vt he-
reticus et vt talis cōdemnandus. et ita ponē
dum eſt in ſnīa vt dictū eſt prius.

Queſtio. xxxiii. ſuꝑ perſonā delatā ab alia malefica incinerata vel incineranda qualiter ſit ſententianda.

Quartuſdecimus modus ꝓceſſum fi
dei terminandi et ſententiandi eſt qn̄
delat⁹ de heretica prauitate ꝓceſſus
meritis circa deponentē diligenter diſcuſſis
cū bono cōſilio in iure peritorū reperit̄ de ta
li heretica prauitate tantummō ab altera ma
lefica incinerata vel incineranda delatus vel
delata et hoc contingere pt̄ tredecim modis
tanꝙ̄ ꝑ tredecim caſus qꝛ ſic delatus. Vel re
peritur immunis et abſoluendus totaliter.
Vel reperit̄ cū hoc diffamatus de tali hereſi
generaliter. Vel reperit̄ vltra infamiā queſ-
ſtionibus exponendus aliqualiter. Vel repe
ritur ſuſpectus de hereſi leuiter. Vel reperit̄
ſuſpectus de hereſi vehementer. Vel reperit̄
ſuſpectus de hereſi violenter. Vel reperitur
diffamatus et ſuſpectus inſimul et cōmuni-
ter. Et ſic cōſequenter in alijs caſibus ꝓut in
viceſima queſtione tactū eſt vſqꝫ ad tredeci-
mum incluſiue. Primus modus fit qn̄ tan-
tummō ab ipa malefica detenta delatus eſt. ⁊
nō cōuincitur nec cōfeſſione ꝓpria nec teſtiū
ꝓductione legitime nec alias reperiunt̄ in-
dicia ex q̄bus veriſimiliter tanꝙ̄ ſuſpect⁹ iu-
dicari poſſet. talis omnino venit abſoluend⁹
etiam per ipm̄ iudicē ſecularē qui deponentē
aut incinerauit aut incinerare ꝓpria auctori-
tate aut ex ꝯmiſſione epiſcopi iudicis ordina
rij habuit et abſoluet̄ per ſententiā in primo
modo ꝓceſſum fidei terminandi circa viceſi-
mam queſtionē cōtentā. Secundus modus
incidit qn̄ vltra hoc ꝙ a detenta delatus eſt
etiam per totā illam villam ſeu ciuitatē diffa
mata exiſtat. ita ꝙ tantummō infamia ꝑciſe ⁊
ſola laborauit ſemꝑ. licet depoſt per deposi-
tionem detente malefice infamia ſit aggraua
ta. Circa talē talis practica eſt ſeruanda quia
iudex cōſiderando ꝙ vltra infamiā nihil in
particulari aduerſus eā ab alijs fidedignis
in villa aut oppido ꝓbatur. licet forte deten-
ta certa grauia aduerſus eum depoſuit. quia
tamen fidem ꝑdidit abnegando illā diabolo
vnde et difficulter ei⁹ dictis a iudicibꝫ fides
adhibet̄. niſi ex alijs circumſtantijs illa infa
mia aggrauaret̄. et tunc in terciū iam ſequen
tem modū incideret. Ideo canonica purga-
tio erit tunc indicenda: et ꝓcedetur ꝑ ſenten-
tiam in ſecundo modo ꝓceſſum fidei termi-
nandi circa viceſimam ſecundā queſtionē cō
tentam. Et ſi iudex ciuilis illā purgationem
coram epiſcopo decreuerit fieri et ſolenniter
in finem vt ſi deficeret vt tunc per eccleſia-
ſticum et ciuilem iudices in exemplū aliorū
eo firmiori ſententia puniret̄. bene quidē fit.
Si autem per ſe voluerit exequi mandet vt
decem vel viginti cōpurgatores ordinis ſui
habeat et procedat vt in ſecundo modo ſen-
tentiandi tales tactū eſt. niſi ꝙ vbi excōmuni
candus eſſet ꝙ tunc ad ipm̄ ordinariū recur-
ſum habeat. Et hoc cōtingeret vbi ſe purga-
re nollet. Tercius modus incidit ſuper talē
delatum vbi licet nō vincatur cōfeſſione pro
pria nec teſtium ꝓductione legitima nec fa-
cti euidentia nec etiam ſunt indicia ſuper ali
quod factum in quo vnꝙ̄ notatus fuiſſet ab
alijs inhabitatoribus ville aut oppidi niſi ꝙ
infamia tm̄ laborauit apud eos aggrauatur
aūt infamia ex detente malefice depoſitione
vtpote qꝛ aſſeruit illū vel illam in oībus fuiſ-
ſe ſociam et ſecum in criminibus participaſ-
ſe. hoc ipm̄ tamen ſicut conſtanter delata ne-
gat ita et alijs inhabitatoribus vel nō eſt no-
tum vel de nulla niſi de honeſta cōuerſatio-
ne ſeu etiam participatione ipſis cōſtat. Cir-
ca talē talis practica ſeruatur. Primo ꝙ ad-
frontare ſe habent facie ad faciem et obiectio
nes mutue ⁊ reſponſiones diligenter ſunt cō
ſiderande. et ſi quidem varietas aliqua in ver
bis incideret vnde iudex veriſimiliter ex cō-
ceſſis et negatis preſumere poteſt ipam dela-
tam merito queſtionibꝫ exponendā. ꝓcedat̄

per ſententias in tercio modo ꝓceſſum fidei
terminandi circa viceſimamterciã queſtionẽ
cõtentas ipam tormentis leuiter exponẽdo
adhibitis cautelis alijs ꝗ̃plurimis et neceſ=
ſarijs de quibus circa principium huius ter
cie partis ſupra patuit ad longum.et ex qui=
bus preſumit talem eſſe aut innoxiam aut re
am. Quartus modus incidit vbi talis delat⁹
inuenitur ſuſpectus leuiter.et hoc vel cõfeſ=
ſione ꝓpria vel depoſitione alterius detente.
et ſunt qui ad hanc leuem ſuſpitionẽ reducũt
illos qui ad procandum mulieres maleficas
cõſuluiſſent.vel vbi inter cõiugatos odio ſe
mutuo perſequentes amorẽ ꝓcuraſſent. aut
etiã pro aliquo cõmodo temporali apud ma
leficas laboraſſent.ſed quia tales vtiqꝫ excõ=
municati ſunt tanꝗ̃ hereticorum credentes
iuxta.c.excõmunicamus.i.§.credẽtes.li.vi.
de here.vbi dicit.credentes autem eorum er
roribus hereticos ſimiliter iudicamus.quia
etiam ex factis preſumitur de affectu.ad hoc
ar.xxxij.q.ij.qui viderit.ideo videtur ꝙ acri
us ſint puniẽdi et ſententiandi ꝗ̃ illi q̇ de he
reſi leuiter habentur ſuſpecti prout iudican=
di ſunt aliqui ex leuibus cõiecturis. puta qꝛ
eis ſeruitia exhibuiſſent.litteras detuliſſent.
eorum erroribus ſic nullam fidem adhibuiſ
ſent ꝙ tamẽ illos non manifeſtaſſent.alimo=
nia ab eis accepiſſent. Sed ſiue illi ſiue iſti
intelligant hoc qḋ in cõſilio peritorũ cõclu=
ſum fuerit ſuper leuem ſuſpitionẽ ꝓſequen=
dum erit a iudice per talem practicã.talis enĩ
aut abiurabit aut canonice ſe purgabit. Fm
ꝙ in quarto modo ꝓceſſuꝫ fidei terminando
ſub queſtione viceſimaquarta tangit. Sed
tamen qꝛ potius videtur ꝙ abiuratio ſit in=
dicenda.et hoc ꝓpter alle.c.excõmunicamus
i.§.q̇ vero inuenti fuerint ſola ſuſpitione no
tabili ⁊c̃. tamen nõ debent ſi relabãtur pena
relapſorum puniri et ꝓcedetur ꝓut in quar=
to modo ꝓceſſum fidei terminando circa vi=
ceſimamquartam queſtionem tactum eſt.
Quintus modus incidit vbi talis delatus
inuenitur ſuſpectus vehemẽter.et hoc ſimili
modo vel cõfeſſione ꝓpria.vel depoſitione al
terius malefice detente.⁊ ſunt qui ad hanc le
uem ſuſpitionen reducunt impeditores iudi
cum directe vel indirecte eorum officiũ inqui
rendo maleficas impediẽdo dummodo hoc
ſcienter fecerint.ex.c.vt inquiſitionis negoci
um.li.vi.de here. Item reducũt omnes qui
impedientibus preſtant ſciẽter auxilium cõ=
ſilium vel fauorem.patet per alle.c.vt inqui=
ſitionis. Item reducunt qui citatos aut ca=
ptos hereticos inſtruunt de celanda veritate
et vt illam ſubtaceant vel falſitatem aſſerant.
et hoc ex.c.accuſatus.et.§.ſi. Item reducunt
omnes qui eos quos ſciunt hereticos rece=
ptant ſcienter deducunt viſitant vel aſſociãt
munera mittunt ſeu fauorem impendũt.que
omnia in fauorem nõ perſone ſed culpe fiunt
vbi ſcienter fiunt. Et ideo dicunt ꝙ vbi de=
lata perſone participat de premiſſis et hoc ꝑ
conſilium ita iudicatum fuerit. Tunc iuxta
quintũ modũ ꝓceſſum fidei terminandi ſub
queſtione viceſimaquinta ſententianda eſt.
taliter vt omnem hereſim ſub pena relapſoꝝ
vbi recidiuaret habeat abiurare. Poſſumus
tamẽ aſſerere adijciendo ꝙ iudices reſpectũ
habeant ſuper vniuſcuiuſqꝫ malefice incine
rate aut detente familiã prolem ſeu etiam ꝓ=
geniem.eo ꝙ vt plurimũ tales reperiunt in=
fecte cum malefice etiaꝫ ꝓprios infantes ex de
monum informatione ipſis habent offerre.
vnde et indubie in quibuſcunqꝫ flagitijs in=
formare patẽt hec ex prima ꝑte operis. Pro=
batur et ex eo ꝙ ſicut in ſimplici hereſi ꝓpter
agnitorum hereticorum familiaritatẽ dum
quis de hereſi infamatus exiſtit etiam cõſe=
quenter ratione familiaritatꝭ eſt de hereſi ve=
hementer ſuſpectus:ita et in hac hereſi male
ficarum.prefatus autem caſus patet in.c.in=
ter ſollicitudĩes.extra de pur.ca.vbi apparet.
ꝙ ratione infamie de hereſi fuit decano cui=
dam indicta purgatio canonica. Et ratio=
ne familiaritatis hereticorum abiuratio pu=
blica.et ratione ſcandali fuit priuatus bene=
ficio quouſqꝫ ſcandalum ſopiretur. Sextus
modus incidit vbi talis delatus efficitur ſu=
ſpectus violenter.hoc autem fit non ad ſim=
plicem vel nudam depoſitionẽ alterius male
fice detente.ſed ad indicia facti que eliciunt
ex quibuſdam verbis et factis a malefica de=
tenta perpetratis et ꝓlatis:quibus ad min⁹
delata aſſeritur interfuiſſe et operibus depo
nentis cõmunicaſſe. Pro quorum intelligẽ=
tia aduertenda ſunt ea que ſupra queſtione
decimanona tacta ſunt.precipue ſuper vio=
lentam ſuſpitionẽ quomodo ex violentibus
et cõuincentibus oritur coniecturis et quali
ter iudex violentatur ad credendũ ex ſola ſu
ſpitione aliquẽ eſſe hereticum qui tamen for
taſſis bonus catholicus in corde exiſtit. Si
cut canoniſte exemplificant circa ſimplicem
hereſim de eo qui citatus in cauſa fidei ad re
ſpondendũ rennuit cõparere cõtumaciter.ꝓ
pter quam ꝯtumaciã excõmunicatur in qua
vbi per annum perſeuerauit efficitur ſuſpe=
ctus de hereſi violenter. Quare ⁊ a ſimili cir
ca talem delatã aduertenda ſunt indicia facti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et quibus efficitur violenter ſuſpecta. et po-
natur caſus. detenta malefica aſſeruit illā in-
terfuiſſe ſuis maleficijs. que tamē delata con
ſtanter negat. qd ergo faciet. vtiqꝫ opus erit
cōſiderare an ex aliquibꝫ opibus ſit vehemē-
ter ſuſpecta et an vehemēs ſuſpicio in violen
tam valeat trāſire. ſicut in pfato caſu citatus
reſponſurus vbi nō cōparet ſed rennuit con
tumaciter fit ſuſpectus leuiter de hereſi. etiā
vbi citatus fuit in nō cauſa fidei. ſi autem in
cauſa fidei citatꝰ rennuit cōparere et ꝓpter cō
tumaciā excōicatur tunc fit ſuſpectus vehe-
menter. qꝛ tunc leuis ſuſpitio tranſit in vehe
mentē. et ſi per annū ꝑſiſtat tunc vehemens
tranſit in violentā. ita cōſiderabit iudex ſi rō
ne familiaritatis ꝯtracte cū detenta malefica
ſit delata vehementer ſuſpecta vt immediate
in quinto mō incidendi tactū fuit. tūc opus
erit cōſiderare an ipa vehemēs ſuſpitio in vi
olentā tranſire poſſit. preſumit̄ enī ꝙ tranſire
poſſit id eſt ꝙ flagitijs detente ipa delata in-
terfuit vbi familiaritatē cum ea frequēter ha
buit. Eſt ergo ꝓcedendū iudici iuxta ſextū
modū ꝓceſſum fidei terminandi. ꝓut in vice
ſima ſexta q̄ſtione tangit̄. Q. ſi querit̄ quid fa
ciet iudex ſi adhuc talis delata ab altera ma-
lefica detenta oīno ꝑſiſtat in negatiua nō ob
ſtantibus quibuſcūqꝫ indicijs aduerſus eā
ꝓductis. Reſpondet̄. Primo iudex debet ad
uertere ſuꝑ negatiuas reſponſiones an ex vi
cio ſeu maleficio taciturnitatis ꝓueniant ſi-
ue nō. et quidē vt in primis queſtionibꝫ que
ſtione. xv. et. xvi. huius tercie ꝑtis patuit. iu-
dex cognoſcere p̄t ſi flere et lachrymas emit-
tere non valeat. et vbi in queſtionibus quaſi
inſenſibilis reddit̄ ita ꝙ ad priſtinas vires fa
ciliter redit tunc quidē violenta ſuſpitio ag-
grauatur ⁊ oīno nō eſt libere dimittenda ſed
vt in ſexto mō ſententiandi et ꝓceſſum fidei
terminandi patuit ſupra allegato perpetuis
carceribus ad penitentiā ꝑagendā deputāda
Si vero maleficio taciturnitatis nō ſit infe-
cta ꝓpter vehemētes dolores quos in q̄ſtioni
bus ſuſtinet vere et realiter cū tn̄ alie ex male
ficio taciturnitatis quaſi inſenſibiles reddū
tur vt dictū eſt. tunc vltimū refugium iudex
habere pōt ſuꝑ canonicā purgationē que ſi a
ſeculari iudice indicit̄ dicet̄ vulgaris licita.
quia nō de numero illarū purgationū vul-
gariū de quibꝫ. ij. q. iiij. cōſuluiſti. et. c. mono
machia. tractat̄. In qua purgatōne ſi defece
rit vt reus vel rea iudicabit̄. Septimus mo
dus incidit vbi delatus ipe nō reperit̄ legiti-
me deprehenſus nec ꝓpria cōfeſſione nec facti
euidentia nec teſtiū legitima ꝓductione. ſed
tm̄ reperitur a detenta malefica delatus vel
delata. et cū hoc reperiunt̄ indicia q̄ ipm red
dunt ſuſpectū leuiter vel vehementer vtpotē
qꝛ ſolummō habuit magnā familiaritatē cū
maleficis tunc tali rōne infamie eſt indicen-
da canonica purgatio. Iuxta. c. alle. inter ſol
licitudines. et rōne ſuſpitionis hereſim abiu
rare cum pena relapſoꝝ vbi recidiuaret ſi vē
hementer ſuſpectꝰ. vel ſine illa ſi leuiter. et ꝓ-
cedatur vt in ſeptimo mō ꝓceſſum fidei ter-
minando circa. xxvij. queſtionē tactum eſt.
Octauus modus incidit vbi ſic delatus re-
peritur cōfeſſus hereſim illam ſed penitēs et
nūqꝫ relapſus. Ubi notandū ꝙ cōſequenter
vbi agit̄ de relapſis et nō relapſis. penitenti-
bus et nō penitentibꝫ. tales diſtinctiones fa-
cte ſunt ꝓpter eccleſiaſticos iudices qui de vl
timis inferendis ſupplitijs nō ſe intermittūt.
Ideo ciuilis iudex ſuꝑ cōfeſſam ſiue penite-
at ſiue nō. ſiue relapſa fuerit ſiue nō. per ciui-
les et imperiales leges procedere p̄t vt iuſti-
cia ſuadebit. tantummō recurſū ad ipos tre
decim modos ſententiandi habere p̄t. et ſ̄m
illos ſe reſoluere vbi aliquod ambiguū in-
terueniret.

Queſtio. xxxiiij. ſuper modū ſententiandi
maleficā maleficia tollentē. Inſuper etiam
ſuper maleficas obſtetrices et maleficos ſa-
gittarios.

Quintuſdecimus moduſ ꝓceſſum fi-
dei terminādi et ſententiandi eſt quā
do delatus de heretica prauitate re-
peritur maleficia nō inferentē ſed tollentem.
Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda quia
aut vtit̄ remedijs licitis aut illicitis. et ſi qui-
dem licitis nō vt maleficus ſed vt chriſticola
eſt iudicandus. De quibus licitis remedijs
ſupra circa principiū huius tercie partis ad
longū patuit. Si vero illicitis. tunc diſtin-
guendum. quia aut ſunt illicita ſimpliciter
aut ſ̄m quid. ſi ſimpliciter adhuc dupliciter.
quia vel nocumento ꝓximi vel ſine nocumē
to vtroqꝫ tamē modo ſemꝑ cum expreſſa de-
monū inuocatione. ſi vero illicita ſ̄m quid
puta quia abſqꝫ expreſſa licet nō abſqꝫ tacita
demonū inuocatōne fiunt. talia iudicant̄ va-
na potius q̄ illicita nominari a canoniſtis
et certis theologis vt ſupra in prima queſtio
ne huius vltime ꝑtis totius operis patuit.
Iudex ergo quicūqꝫ ſiue eccleſiaſticꝰ ſiue ci-
uilis licet primos et vltimos non habeat rē
probare et ſignanter primos potius cōmen-
dare. et vltimos tolerare ꝓut canoniſte aſſe-
runt licitū eſſe vana vanis cōtundere. Illos
tamē qui cum expreſſa demonū inuocatōne

maleficia auferunt nullo modo tolerare de-
bet precipue illos qui cum nocumento ꝓxi-
mi talia cõmittunt. et dicunt cum nocumen
to ꝓximi practicare quando maleficiũ ita ab
vno aufertur qḋ alteri infert. Nec obſtat ſi
illa cui infertur ſit malefica per ſe ſiue non. et
ſiue ſit illa que maleficiũ intulit ſiue nõ. et ſi-
ue ſit homo ſiue quecũqȝ alia creatura. patet
ſuꝑ hec oĩa acta ⁊ geſta in prima queſtione ſu
pra allegata. deducta. Sed queritur quid faci
et iudex vbi talis aſſerit ſe maleficia tollere ꝑ
licita et nõ illicita remedia. aut quõ poſſit ta-
lia veraciter iudex cognoſcere. Reſpondetur ꝙ
citato illo interrogetur quibus medijs vtatur.
nec tamẽ verbis ſuis ſtandũ erit. ſed eccleſia-
ſticus iudex cui ex officio incumbit diligen-
ter inquirat ſiue per ſe ſiue ꝑ plebanũ aliquẽ
quia ſingulis parrochianis exacte ſub ꝑſti-
to iuramẽto qḋ exigere poteſt perquirat qui-
bus remedijs vtatur et ſi quidẽ inuenta fue-
rit ꝓut cõmuniter inueniuntur cum ſupſti-
tioſis remedijs oĩno nõ ſunt ꝓpter horribiles
penas a canonibus inflictas vt inferius pa
tebit tolerande. Et ſi queritur vnde poſſunt
remedia licita ab illicitis diſcerni cum ſemꝑ
aſſerunt ſe quibuſdã orationibꝰ et herbarũ
applicationibꝰ huiuſmodi amouere. Reſpõ-
detur hoc facile foret dummodo diligẽs in-
quiſitio fieret. Nam quia neceſſe habent ſua
ſuperſtitioſa remedia occultare. eo vt nõ re-
prehendantur ſeu vt facilius mentes ſimpliciũ
illaqueare valeant. ideo hmõi verbis aut her
barum applicationibꝰ inſiſtunt. tamẽ ex quat
tuor ſuperſtitioſis eoꝝ actibus tanqȝ ſortile-
ge et malefice manifeſte reprehenduntur. Sũt
enim de occultis diuinantes ⁊ ea que nõ niſi
malorũ ſpirituũ reuelatõne ſcire poſſunt re-
ferantes. Exempli gratia. vbi ꝓ ſanitate ac-
quirẽda frequentantur a leſis cauſam leſionis
aut maleficij aperire et manifeſtare ſciunt. vt
ſi rõne altercationis cũ vicina acciderit vel
aliqua ex cauſa alia hoc ipm ꝑfectiſſime no-
ſcunt et indicare frequentantibus ſciũt. Se
cundo vbi ad vnius nocumenti ſeu malefi-
cij curam ſe intromittunt. alterius vero mini
me. prout in dioceſi Spirenſi malefica que-
dam in loco quodam zun hofen nuncupato
exiſtit que licet plures ſanare videatur certos:
tamẽ minime ſe poſſe curare fatetur. nullã ob
aliam de cauſa niſi vt ab incolis fertur ꝙ ma
leficia talibus illata ſint tam fortiter ab alijs
vt aſſerit maleficis impreſſa et hoc vtiqȝ vir-
tute demonũ qḋ illa amouere nõ valeant qꝛ
videlicet demon nõ ſemper demoni cedere ꝑt
aut nõ vult. Tercio vbi ſuꝑ huius maleficia

illata ſingulares exceptiones facere noſcuntur
prout in ipa ciuitate ſpirenſi cõtigiſſe noſcitur.
dum quedã honeſta perſona maleficiata in
tibijs huiuſmodi diuinatricem ob ſanitatis
gratiã aduocaſſet. illa domũ ingreſſa et cã dũ
intuita fuiſſet talẽ exceptionẽ fecit. ſi inquit
ſquamos ⁊ capillos in vulnere nõ habueris
reliqua omnia extrahere potero. cauſam eti
am leſionis aperuit licet ex rure et ad duo mi
liaria aduentaſſet dicens. quia cum vicina al
tercaſti tali die ideo tibi accidit. preter ſqua-
mos etiam et pilos alias qȝplures diuerſorũ
generũ res extraxit et ſanitati reſtituit. Quar
to vbi ſuperſtitioſis inſiſtunt aut inſiſtere fa
ciunt ceremonijs. vt ſi ante ſolis ortũ vel alio
determinato tempore ſe frequentari volunt.
dicentes ꝙ infirmitates vltra angariaꝫ illa-
tas ſanare nequeant. aut ꝙ tantummõ duas
aut tres perſonas per annũ ſanare valeant. li
cet nõ ſanando ſed a leſionibus ceſſando ſa-
nare videãtur. Poſſunt et addi qȝplures alie
cõſiderationes circa taliũ perſonarũ cõditio
nes quia vt plurimũ retroactis temporibus
male et reprehenſibilis vite fuerũt diffamate
ſeu adultere aut maleficarũ ſuperſtites vnde
ex nulla ſanctitate vite hec gratia ſanitatis a
deo collata. Incidentaliter reducuntur ⁊ obſte
trices malefice omnes alias maleficas in fla-
gitijs excedentes. de quibus et in prima ꝑte
operis deductũ eſt. quarũ etiam tantus nu-
merus vt ex earum cõfeſſionibus cõpertũ eſt
ꝙ nõ eſtimatur villula vbi huiuſmodi nõ re
periantur exiſtit. cui periculo vtiqȝ a ꝑſiden-
tibus foret in parte ſuccurrendum vt nõ niſi
iurate obſtetrices a preſidentibus deputarẽ-
tur cum alijs remedijs que in ſecunda parte
operis tacta ſunt. Incidit et de maleficis ſa-
gittarijs in cõtumeliam vtiqȝ chriſtiane reli
gionis tanto periculoſius degentes qȝto ⁊
ſecuriores habent in terris optimatũ et prin
cipum receptatores fautores et defenſores.
Sed ꝙ omnes tales receptatores fautores
⁊c. omnibus maleficis plerumqȝ in certis ca
ſibus damnabiliores exiſtunt ſic declaratur
Nam talium defenſores a canoniſtis ⁊ theo
logis in duplici genere aſſignantur. Quidã
nanqȝ errorẽ. alij vero perſonã ſunt defendẽ
tes. et hi quidem qui errorẽ damnabiliores
ipis qui errant exiſtunt cum nõ ſolum here-
tici immo hereſiarchi habendi ſunt. vt patet
xxiiij. q. iij. qui illorum. Et de his defenſori-
bus communiter nõ loquuntur iura eo ꝙ ab
alijs hereticis nõ diſtinguuntur. in quibus
etiam habet locum. c. ad abolendam. §. pre
ſenti. ſepe allega. Quidam alij ſunt qui licet

non defendunt errorem defendūt tamen ꝑſo
nam errantē vtpote ꝗ reſiſtūt viribꝫ ⁊ potētia
ne tales malefici ſeu quicunqꝫ aliȷ̄ heretici ve
niant ad manus iudicis fidei ad examinan⸗
dū vel puniendū ⁊ ſimilia. Simili mō etiaꝫ
fautores taliū ſunt in duplici genere. ꝗdā nā⸗
qꝫ ſunt ꝗ publica funguntᷣ auctoritate hoc ē
publice ꝑſone vt dn̄i temꝑales ſeu etiā ſpūa⸗
les tꝑalem iuriſditionē habētes qui etiā fau⸗
tores eſſe pn̄t duobus modis. obmittendo ⁊
cōmittendo. Obmittēdo .ſ. facere ea circa ma
leficos vel ſuſpectos. infamatos vel creden⸗
tes. receptatores. defenſores ⁊ fautores ad ꝗ̄
ex eoꝝ officō obligantᷣ. cū tamē ab epiſcopis
vel inquiſitoribꝫ vel eoꝝ alteri requirūtur vt⸗
pote ſi eos nō capiant vel captos non diligē⸗
ter cuſtodiāt. vel infra diſtrictū ſuū ad locuꝫ
de quo eis mandatᷣ nō deducant aut executō
nem promptā de eis nō faciāt ⁊ ſimilia vt pa⸗
tet in. c. Ut inquiſitionis. in principio. li. vi.
de here. Cōmittēdo aūt vtpote ſi captos hu⸗
iuſmodi ſine epi aut iudicis eius licentia vel
mandato a carcere liberent vel ꝓceſſum iudi
ciū vel ſententiā eoꝝ directe vel indirecte im⸗
pediāt vel ſimilia ꝑagunt vt patet. c. allega. vt
officiū. §. ꝓhibemus. Pene taliū in ꝑcedenti
bus circa ſecunduꝫ principale huius operis
⁊ circa finē vbi de maleficis ſagittariȷ̄s ⁊ aliȷ̄s
armorū incantatoribꝫ tactū ē declarate ſunt.
Ad pn̄s ſufficiat ꝙ om̄es tales ipſo iure ſunt
excōmunicati ⁊. xiȷ̄. magnas penas incurrūt
patet extra de here. excōmunicamus. primo
§. credentes. ⁊. c. alle. vt inꝗſitionis. §. ꝓhibe
mus. In qua excōicatione ſi ꝑ annum ꝑſtite
rint animo ꝑtinaci extūc ſunt vt heretici ꝯdē
nandi. vt eo. c. ⁊. §. alle. Qui vero dicēdi ſunt
receptatores ⁊ an habēdi ſunt vt heretici. Re
ſpondetᷣ ꝙ recipiētes hmōi maleficos ſagit⸗
tarios aut quoſcūqꝫ armoꝝ incantatores ni
gromanticos ſeu maleficos hereticos de qui
bus in toto oꝑe tractatum eſt ſunt in duplici
genere ſicut etiā de eoꝝ defenſoribꝫ ⁊ fautori⸗
bus tactum eſt. Quidam nanqꝫ ſunt ꝗ nō tm̄
ſemel vel bis ſed pluries ⁊ freqūter tales ſuſci
piūt. ⁊ iſti ꝓprie ⁊ ſm̄ vim vocabuli dicuntur
receptatores. a receptādo qd̄ eſt verbū freqn̄⸗
tatiuū. ⁊ tales receptatores quandoqꝫ ſunt ſi
ne culpa vtpote ſi ignorāter hoc faciūt nec ali
quid vnqꝫ ſiniſtri de eis ſuſpicati ſunt. Ali⸗
quādo ſunt in culpa vtpote qn̄ eoruꝫ errores
ſciunt. ⁊ nō ignorant ꝙ eccleſia tales ſemꝑ ꝑ⸗
ſequitur tāqꝫ crudeliſſimos fidei hoſtes. Et
nihilominus domini terraꝝ eos receptāt. te⸗
nent. defendūt ⁊c̄. tales ꝓprie ſunt ⁊ dicuntur
hereticoꝝ receptatores. ⁊ de talibꝫ etiā loquū
tur iura. ⁊ ꝙ ſunt excōmunicati iuxta. c. exco⸗
municamus. primo. §. credētes. Quidā aūt
non pluries ⁊ frequēter ſed tm̄ ſemel vel bis
huiuſmodi maleficos aut hereticos recepe⸗
runt ⁊ iſti non videntur proprie dici recepta
tores quia non frequentarunt ſed receptores
quia eos receperunt. ⁊ non receptauerūt. Li⸗
cet Archidiaconus dicat contrarium in. ca.
quicunqꝫ. ſuper ver. receptatores. de quo ta⸗
men non eſt magna vis qꝛ non de verbis ſed
de factis curandum eſt. Ponitur tamen diffe
rētia inter receptatores ⁊ receptores. eo ꝙ do
mini terrarum ſemper dicuntur talium rece⸗
ptatores. vbi ſimplices qui eos expellere nō
habēt nec poſſunt. ⁊ ſi receptores ſint ſunt ta
men ſine culpa. Ultimo autem de impedito⸗
ribus officiȷ̄ inquiſitionis epiſcoporum con
tra huiuſmodi maleficos hereticos qui ſunt
⁊ ſi heretici dicendi ſunt. Ad quod reſponde
tur ꝙ huiuſmodi impeditores ſunt in dupli
ci genere. Quidam nanqꝫ ſunt qui impediūt
directe vt ꝗ captos pro hereſis crimine a car⸗
cere propria temeritate liberant vel proceſſus
inquiſitionis lacerant. teſtes in cauſa fidei ꝓ
eo quia teſtificati ſunt vulnerant. vel ſi domi
nus temporalis ſtatuat ꝙ nullus niſi ipſe de
hoc crimine cognoſcat. Aut ꝙ nullus niſi ſi
bi de hoc crimine accuſari poſſit nec teſtifica
ri niſi coram eo ⁊ ſimilia ⁊ iſti impediunt di
recte iuxta notata per Jo. an. in. c. ſtatutum.
ſuper ver. directe. libro. vi. de heretᷣ. Et qui ꝓ
ceſſum iudicium vel ſententiam in tali cauſa
fidei directe impediunt. vel qui ad hec agen⸗
da preſtiterint auxilium conſilium vel fauo⸗
rem. Et tales licet ſint multum culpabiles.
non tamen ex hoc ſunt heretici iudicandi ni
ſi aliter appareret ꝙ eſſent conſimilibus erro⸗
ribus maleficorū inuoluti cum pertinaci vo
luntate. ſunt tamen ipſo iure excommunica⸗
tionis mucrone percuſſi. iuxta. c. Ut inquiſi
tionis. §. prohibemus. ſic ꝙ ſi in illa excom⸗
municatione ſteterint per annum animo per
tinaci extunc ſunt vt heretici condemnandi.
vt patet. c. ⁊. §. alleg. Quidam vero ſunt qui
impediūt indirecte vtpote qui ſtatuūt ꝙ nul⸗
lus portet arma ad capiendum hereticos ni⸗
ſi de familia domini temporalis ⁊ ſimilia iu⸗
xta noteta per Joan Andr. in. c. ſtatutum. ſu
per verbo indirecte. ⁊ tales ſunt minus cul⸗
pabiles qꝫ primi. nec ſunt heretici ſed ſunt ex
cōmunicati. Juxta alleg. c. Ut inquiſitōnis.
Et etiā preſtantes ſ ad hoc conſiliū. auxilium
vel fauorē. taliter ꝙ ſi ſteterint in illa excōica⸗
tione ꝑ annū aīo ꝑtinaci extūc velut heretici
ſunt condemnādi. ꝑ alle. c. ⁊. §. prohibemus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quod ſic eſt intelligendū ꝙ heretici cōdem=
nantur taliter ꝙ ſi volunt redire recipiuntur
ad miſericordiā. errore prius abiurato. alꝭ
vt impenitētes tradunt curie ſeculari. vt pa=
tet p̄ c. ad abolendam. §. pn̄ti. Epylogando.
malefice obſtetrices ꝑut alie malefice malefi
cia inferentes ſm̄ qualitatē criminū ꝯdemnā
tur et ſententiant. et a ſimili malefice malefi=
cia ſuperſtitioſe vt dictū eſt opere diaboli tol
lentes. cum nō dubiū ſit ꝙ ſicut auferre ita ⁊
inferre pn̄t. vnde ⁊ ex quodā pacto taliter ma
lefice ex demonū informatōne conueniūt. vt
he quidē ledere alie vero ſanare debeāt vt ſic
eo facilius mentes ſimpliciū illaqueando ſu
am perfidiā augmentant. Sagittarij vero et
alij armorū incantatores malefici. cum nō ni
ſi ex fauore defenſione receptatōe preſidenti=
um ſuſtentant. omnes tales penis p̄ſcriptis
ſubiacent et qui officiales quoſcūqꝫ cōtra hu
iuſmodi maleficos aut eoꝝ fautores ⁊c. in eo
rum officio impedirēt ſimili mō excōmuni=
cati ſunt. et oībus penis vti fautores ſubia=
cent. verū vbi ſteterint per annū in illa excō=
municatione aīo ꝑtinaci. ſi redire voluerint
abiurant impedimentū et fautoriā et ad mi=
ſericordiā admittunt alias vt impenitentes
heretici tradunt brachio ſeculari. Et vbi nō
ſtent ꝑ annū nihilominꝰ cōtra impeditores
hmōi p̄t ꝑcedi vt cōtra fautores hereticoꝝ.
ar. c. accuſatus. §. vltimo. Et qḋ dictū eſt de
fautoribus defenſoribꝫ receptatoribus et im
peditoribꝫ ſuper maleficos ſagittarios ⁊c. idē
et per oīa intelligendū eſt erga quaſcūqꝫ ma=
leficas aut maleficos hoībus iumentis ⁊ ter
re frugibus varia nocumenta inferentibus.
Verū et ipſi malefici quicūqꝫ vbi in foro pe=
nitentie ſpiritu contrito et humiliato peccata
deflentes et pure cōfitentes veniā petierint:
ad miſericordiā recipiunt. alias vbi innote=
ſcunt cōtra eos ꝑcedere debent q̄bus ex offi=
cio incumbit citando arreſtando capiendo ⁊
ꝑcedendo in oībus iuxta criminū qualitatē
vſqꝫ ad ſententiā diffinitiuā incluſiue vt ta=
ctum eſt ſi et inquantū hmōi p̄ſidentes eter=
ne dānatōis laqueum ꝓpter excōicationē eis
ab eccleſia inflictā euadere velint.

Queſtio. xxxv. huius vltime partis ſuper
modos ſententiandi maleficos quoſcūqꝫ fri
uole aut etiā iuſte appellantes.

SI vero ad appellatōis remediū finali=
ter delatum cōfugere iudex cerneret.
Notandū primo ꝙ hec interdū vali
da atqꝫ iuſta. interdū friuola atqꝫ nulla decer
nitur. Cum enī in negocijs fidei ſummarie
ſimpliciter et de plano ſit ꝑcedendum vt ex
precedentibꝫ ſepe tactū eſt ex. c. multoꝝ que=
rela. in cle. vbi et appellationis remediū inter
dicitur. Attamen qꝛ iudices interdū ſponte
ꝓpter negocij arduitatē licet̄ ipm̄ prorogāt
et dilatant. Ideo aduertere poſſunt ꝙ vbi de
latus ſentiret ſe a iudice realiter ⁊ de facto cō
tra ius et iuſticiā aggrauatū vtpote qꝛ eum
ad ſe defendendū admittere noluit. vel qꝛ ſo=
lus ſine cōſilio alioꝝ vel etiam ſine aſſenſu
epiſcopi vel eius vicarij ꝓnunciauit delatū
queſtionare cum alias ſufficientes probatio
nes ꝓ et cōtra habere potuiſſent et huius ſi=
milia. tunc quidem appellatio foret iuſta. alꝭ
nō. Secundo notandū ꝙ iudex appellatōne
huiuſmodi ſibi p̄ſentata. tunc abſqꝫ ꝑturba
tione et motu debet petere copiam appellatio
nis preſtādo verbo ꝙ nō currat ſibi tempus
et cum ipſe delatꝰ tradiderit ſibi copiā appel=
lationis aduertat ꝙ adhuc habꝫ duos dies
ad reſpondendū et poſt hec duos adhuc tri=
ginta ad apoſtolos exhibendum Et licet ſta
tim poſſit reſpondere ⁊ apoſtolos dare iſtos
vel illos vbi ſit multū expertus et peritus. tn̄
vt cautius ꝑcedatur melius eſt aliquē termi
num. x. vel. xx. aut. xxv. dierū eidem ad dan=
dum pariter et recipiendū apoſtolos quales
dare decreuerit aſſignare cum poteſtate pro
gandi. Tercio notandū eſt iudici ꝙ infra tē=
pus iuris ⁊ infra tempus aſſignatū debet di
ligenter attendere et diſcutere cauſas appella
tionis ſeu grauamina allegata. et ſi videt ha
bito bono cōſilio peritoꝝ ꝙ iniuſte et inde=
bite delatū aggrauauit ad ſe defendendū nō
admittendo vel queſtionibus nō debito tem
pore exponendo vel ſimilia adueniente ter=
mino aſſignato corrigat errorem ſuum et re=
ducat ꝓceſſum ad punctum et ſtatum in quo
erat quando defenſiones ille petiuit vel ter=
minum ad interloquendū aſſignauit et ſimi
lia. et tollat grauamen quo ablato procedat
prout ante. quia ꝑ ammotionē grauaminis
appellatio que erat aliqua fit nulla. Iuxta. c.
ceſſante. extra de appella. Sed hic attendat
circumſpectus et prouidus iudex. ꝙ que=
dam ſunt grauamina reparabilia et ſunt illa
de quibus iam dictum eſt. et tunc habent lo=
cum ea que dicta ſunt. Quedam autem ſunt
reparabilia. vtpote ſi delatus fuerit queſtio=
natus realiter et de facto et poſt euadens ap
pellat. Vel ſi Clenodia et aliqua vtilia ſi=
mul cum vaſis et inſtrumentis quibus ma=
lefici vtuntur fuerunt recepti et combuſti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ſimilia que nequeunt reparari nec reuoca
ri et tunc nō habet locum predictus modus
ſcȝ ꝓceſſum ad ſtatū reducere in quo fuit gra
uamen huius irrogatum. Quarto notandū
iudici eſt ꝙ licet a die reſpōſionis habeat tri=
ginta dies ad apoſtolos exhibendū. iuxta. c.
de appell'. et poſſit petenti aſſignare vltimum
diem iuris hoc eſt triceſimū ad apl'os recipi
endū. tn̄ ne videatur ꝙ velit vexare delatū et de
vexatōe indebita reddat ſuſpectū. ⁊ ne videatur
cōfirmare grauamē ſibi impoſitū ꝓpter qḋ ex
titit appellatū melius eſt ꝙ aſſignet infra tps
iuris terminū cōpetentem vtpote decimū di
em vel viceſimū et poteſt poſtmodum ſi ex=
pedire noluerit aduenīente termino ꝓroga=
re. dicendo ſe fuiſſe alijs negocijs implicatū
vel huiuſmodi. Quinto notandū iudici ꝙ
quando prefigit terminū appellanti et apo=
ſtolos petenti ꝙ nō aſſignet ſolum ad apoſto
los dandum. ſed ad dandum pariter et reci=
piendum quia ſi aſſignaret ad dandum tan=
tum: tunc iudex a quo appellaretur haberet
appellanti mittere. Aſſignabit ergo ei termi=
num. hoc eſt taleȝ diem talis anni ad dandū
eis et recipiendū a iudice apl'os tales quales
dare decreuerit. Sexto notare debet ꝙ in aſ=
ſignatione huius termini: nō dicat reſpondē
do ꝙ dabit apoſtolos negatiuos aut affirma
tiuos: ſed vt plenius deliberare poſſit. dicet ꝙ
exhibebit tales quales tunc decreuerit exhi=
bendos. Attendat etiā ꝙ in aſſignatione hu
ius termini appellāti vt tollatur omnis cau=
tela et aſtutie et malicie appellantis aſſignet
locum in ſpecie diem et horam. vtpote ꝙ aſſi
gnet viceſimū diē auguſti anni p̄ntis et horā
veſperarū et camerā ipſius iudicis in domo
tali talis ciuitatis vel loci ſitam tali appel=
lanti ad dandum et recipiendū apoſtolos ta
les quales decreuerit exhibēdos. Septimo
notat ꝙ ſi decreuit in animo ſuo detinere de
latum crimine requirente et iuſticia exigente
In aſſignatōne termini ponat ꝙ aſſignat ta
lem terminū ad dandum vel recipiendū pſo
naliter apoſtolos ipi appellanti aſſignetqȝ ta
lem locuȝ eidem appellanti ad dandū eidem
et recipiendum ab eo apoſtolos. de quo ſit in
poteſtate iudicis appellantem libere retinere.
datis tamen prius ſtatim apoſtolis negati=
uis alias nō. Octauo notet iudex ne aliquid
innouet circa appellantem ipm capiendo vel
queſtionando ſeu a carcere liberando. vel a=
lias ab hora qua fuit ſibi appellatio p̄ſentata
vſqȝ ad horā qua tradidit apoſtolos negati=
uos. Epylogando. Nota ſepe cōtingit ꝙ de

latus quando dubitat ꝙ contra eum feratur
ſententia. quia ꝯſtat ſibi de culpa ſua frequē
ter recurrit ad appellationis remedium vt ſic
ſubterfugiat iudicis ſententiā vnde ab ipſo
appellat et cauſas friuolas aſſignat. vtpote
ꝙ iudex eum captum tenuit et cautioni ido=
nee eum tradere noluit et ſimilia friuola co=
lorata. qua appellatōne iudici p̄ſentata copiā
appellatōis petat. qua habita ſtatim vel poſt
duos dies reſponſione. diē horam ⁊ locū ap
pellanti ad dandum et recipiendū apoſtolos
tales quales decreuerit prefigat. infra termi=
num tamē iuris vtpote. x. xv. xx. vel. xxx. diē
talis menſis. infra quem terminū aſſignatū
iudex copiā appellationis et grauamina ſeu
cauſas ꝓpter quas appellat diligenter diſcu=
tiat et cum bono cōſilio iuriſperitorū delibe=
ret an exhibeat appellanti apoſtolos negati=
uos hoc eſt reſponſiones negatiuas appella=
tionem nō admittendo vel affirmatiuas hoc
eſt reſponſiones affirmatiuas et reuerentia=
les mittendas ad iudicem ad quem appellat
appellationi deferendo. Si eni videat ꝙ cau
ſe appellationis ſunt falſe vel friuole atqȝ nul
le et ꝙ appellans nō vult niſi iudicium ſub=
terfugere ſeu prorogare det apoſtolos nega=
tiuos ſiue refutatorios. Si autem videat ꝙ
grauamina ſunt vera et iniuſte ſibi illata et
nō ſunt reparabilia vel dubitat ſi eſt ita vel a=
lias fatigatus ꝓpter maliciā appellantis. vult
ſe a tanto onere liberare exhibeat appellāti a=
poſtolos affirmatiuos ſeu reuerentiales. Ad
ueniente igitur appellanti termino aſſignato
ſi iudex nondum formauit apoſtolos ſeu re
ſponſiones vel alias nō eſt diſpoſitus. perem=
ptorie poteſt prorogare ſimul vel ſucceſſiue
vſqȝ ad. xxx. diem qui eſt vltimus terminus
iuris ad exhibendum apoſtolos aſſignatos.
Si autē formauit et eſt diſpoſitus poteſt ſta
tim dare apoſtolos appellanti. Si igitur de=
creuerit dare apoſtolos negatiuos ſeu refuta
torios adueniente termino peremptorio aſ=
ſignato exhibebit per modum qui ſequitur
in ſcriptis.

ET dictus iudex reſpondens prefate
interiecte appellationi ſi dici appella=
tio meretur. dicit ꝙ ipſe iuſte ⁊ ſꝫm ca
nonicas ſanctiones ſeu etiam imperialia ſta
tuta ſeu leges ꝓceſſit et procedere intendit et
a iuris vtriuſqȝ tramite nō diſceſſit: nec diſce
dere intendit. minuſqȝ ipm appellantē aggra=
uauit nec aggrauare intendit aut intellexit.
qḋ pȝ p cauſas coloratas ſ allegatas ſingulas
decernēdo. Nō ei grauauit in hꝫ ꝙ eū cepit ⁊

captum tenuit. quia cũ ſit ſibi delatus de tali heretica prauitate et teſtes multos habeat cõtra eum merito ipm tanq̃ cõuictum de hereſi. vel ſibi vehementer ſuſpectum captum tenere debuit atq̃ debet. nec grauauit eum qꝛ dare ipm noluit cautioni. nam cum crimen hereſis ſit crimen de maioribus et ipe appellans eſſet cõuictus et ſtatim in negatiua nequaq̃ erat. nec eſt cautioni etiã maxime dandus: ſed eſt et erat in carceribus detinendus. Et ſic diſcurrat per alias rationes. Quo facto dicat ſic quare apparet ꝙ ipe iudex debite et iuſte ꝓceſſit et a iuris ſemitis minime deuiauit. minuſq̃ ipm in aliquo aggrauauit. ſed ipe appellans per cauſas coloratas atq̃ fictas nititur ſubterfugere iudicium iniuſte et indebite appellando. propter que eius appellatio eſt friuola atq̃ nulla vtpote a nullo grauamine interiecta peccans in materia et forma. Et cum appellationibus friuolis nec iura deferãt nec ſit a iudice deferendũ. Ideo dicit ipe iudex ꝙ interiectã appellationẽ non admittit nec admittere intendit. nec ei defert nec deferre ꝓponit. Et hanc reſponſionẽ offert dicto tali ſic indebite appellanti ꝑ apoſtolis negatiuis. et mandat inſeri ſtatim immediate poſt appellationẽ predictã eidem p̃ſentatam. Et ſic tradat notario qui appellationẽ eidẽ preſentauit.

QUibus apoſtolis negatiuis ſic adhibitis appellanti. ſtatim iudex ꝯtinuando ipm ſuum officiũ exequatur. mandando eundem capi ſeu detineri. vel ipm arreſtando vel terminũ ad cõparendum coraʒ ſe eidem aſſignando vel aliquod ſimile. ꝓpter quod appareat qđ nõ deſinit eſſe iudex. continuabitq̃ ꝓceſſum ſuum contra appellantem quouſq̃ a iudice ad quem eſt appellatũ ſit ꝓhibitus ne ꝓcedat. Caueat tñ iudex ꝙ nullã nouitatem faciat cõtra appellantẽ perſonam. nec ipm capiendo nec ſi captus eſt a carcere liberando nec al's ab hora qua fuit ſibi appellatio preſentata. quouſq̃ apoſtolos ei tradiderit negatiuos. ſed extunc vt predicit̃ poterit ſi iuſticia hoc requirat. quouſq̃ ſit ꝓhibitus a iudice ad quẽ fuerat appellatum. et tunc cum ꝓceſſibus clauſis et ſigillatis et cum fide ac tuta cuſtodia idonea cautione ſi oportuerit remittat eum ad iudicẽ antedictum. Si autem iudex exhibere decreuerit apoſtolos affirmatiuos et reuerentiales adueniente eidẽ termino peremptorio aſſignato ad dandum ⁊ recipiendũ apoſtolos. Exhibebit per modũ qui ſequit̃ in ſcriptis.

ET dictus iudex reſpondendo prefate interiecte appellatõni ſi dici appellatio meretur. Dicit ꝙ ipſe iuſte et ꝓut debuit in cauſa preſenti proceſſum ⁊ non alias nec dictum aggrauatũ ſe appellaſſe aggrauare intendit. quod patet ad allegatas rationes ſingulas diſcurrendo. non enim ipm aggrauauit in hoc ꝙ dicit ⁊c. diſcurrat ꝑ cauſas ſingulas appellationis meliori modo et cum veritate qua poterit reſpondendo. Cõcludẽdo ſic. quare apparet ꝙ ipe iudex dictũ appellantem nullatenus aggrauauit nec cauſam dedit eidem appellanti metuens ne ſcdm eius demerita ad iuſticiã ꝓcedatur. ꝓpter qđ eius appellatio eſt friuola atq̃ nulla. qꝛ a nullo grauamine interiecta. nec ei eſt iure a iudice deferendũ. Uerũ ꝓpter reuerentiã ſedis apoſtolice ad quã extitit appellatũ dicit ipe iudex ꝙ dictã appellationẽ admittit eiq̃ defert et deferre intendit. totum preſens negocium ad ſanctiſſimũ dñm noſtrum papam et ſanctam ſedem apoſtolicã. remittendo aſſignando eidem appellanti certũ tempus ſcʒ tot mẽſes prime ſubſequentes. Infra quos cum ꝓceſſibus clauſis et ſigillatis ſibi ꝑ ipm iudicem tradendis. vel alias data idonea cautione de preſentando ſe in romana curia. vel cũ fida et tuta cuſtodia eidem per ipm iudicem exhibenda. habeat ſe in romana curia p̃ſentare dño noſtro pape. Et hanc reſponſionẽ offert ipe iudex eidem appellanti ꝑ apoſtolis affirmatiuis et mandat eam inſeri immediate poſt interiectaʒ appellationẽ eidẽ preſentatam. Et ſic tradet eam notario qui appellationem eidem preſentauit.

ATtendat autẽ prudens iudex ꝙ mox vt apoſtolos reuerentiales appellanti exhibuit in cauſa illa pro qua ille appellauit ſtatim ipſe deſinit eſſe iudex. Nec põt ampliꝰ de illa cognoſcere niſi ſibi cauſa remiſſa per ſanctiſſimũ dñm noſtruʒ papam quare de cauſa illa ſe amplius nõ intromittat niſi mittendo dictum appellantem per modum predictum ad dominũ noſtrum papaʒ aſſignando eidem terminum cõpetentem. vtpote vnius menſis duorum vel trium quatenus interim poſſit ſe ad eundem diſponere ⁊ parare recipiatq̃ ab eo de comparendo et ſe preſentando in romanam curiam infra eundem terminum aſſignatũ idonea cautione. Uel ſi appellans non poteſt illam preſtare. mittatur cum fide et tuta cuſtodia.

Vel obliget ſe meli⁹ quo poterit quatenus
ſe infra terminū aſſignatū in romanā curiā
p̄ſentabit dn̄o noſtro pape vel per ipm̄ nō ſta
bit. Si autē iudex habet cauſam aliā ac ꝓce
dit cōtra eā in alia cauſa in qua delatus non
appellauit. In ipā illa cā iudex remanet ꝓut
ante iudex. Etiā ſi poſt admiſſam appellatio
nem et datis apoſtolis reuerentialibꝫ ipſe ap=
pellans accuſat᷑ et denunciat᷑ iudici de alijs
hereſis criminibus. de quibus nō agitur in
cauſa ꝓ qua appellauit non deſinit eſſe iudex
immo p̄t ꝓ ſe ad informandū et teſtes exami
nandū libere ꝓut prius. Et finita prima cau
ſa in romana curia vel ad iudicē remiſſa pōt
ꝓcedere libere in ſecunda. Aduertant aūt iu
dices ꝙ ꝓceſſus clauſos et ſigillatos ad ro=
manā curiā mittant iudicibus aſſignatis q̄
iuſticiā faciant ꝓceſſus meritis actitatis. nec
inquiſitores ibi curent agere cōtra appellan=
tes ſed dimittant eos p̄dictis ſuis iudicibus
iudicandos. qui iudices ſi inquiſitores no=
lunt facere partē cōtra appellantes ꝓcedent
ex officio ad ꝓcurationē appellantiū ſi volue
rint expediri. Aduertāt etiā iudices ꝙ ſi ad
appellantiū inſtantiā citent᷑ ꝑſonaliter ⁊ com
pareant. caueant tn̄ omnino litem nō iurare.
ſed attendāt ꝓceſſus exhibere et totā cauſam
ad illos reducere et ꝓcurēt vt citius poterūt
remeare ne ibi tedijs miſerijs laboribꝫ et ex=
penſis damnabiliter fatigentur. ſequuntur
nāqꝫ damna eccleſie ⁊ heretici ꝯfortant᷑. et ex
poſt nō inueniunt iudices tantū fauorē et re
uerentiā nec timent᷑ ꝓut coꝝ preſentia facit.
Item ipſi heretici alij quicūqꝫ videntes iudi
ces in romana curia fatigari ⁊ detineri erigēt
ſibi cornua et cōtennent ac malignabunt᷑ e
audacius hereſes ſeminabūt. et vbi agit᷑ ꝯtr
eos ſimili mō appellabūt. Alij etiā iudices e
ficiunt᷑ debiliores ad negocia fidei ꝓſequen
dum et ad hereticos extirpandū metuentes
ne ꝑ ꝯſimiles appellationes tedijs ⁊ miſerijs
fatigent᷑ et hec oīa cedent in magnū preiudi
cium fidei et eccleſie ſancte dei a quibus ſin
gulis ſponſus ipſius eccleſie eam preſeruare
dignetur.

¶ Sit laus deo. exterminiū hereſis. pax
viuis. requies eterna defunctis. amen.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dure lieff hiet for dych, suller wyndt du sorgher dych,
hudestu ruen, unde leit no sain sa als al dyn homaidt gedain,
Dure liefft quat gat, als hat ro y menich liefft. Du ... sach dan ... myt ... hat
... blest my ... als.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cult. G. 266.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf